UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Syntagma Ivris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||

**Grégoire, Pierre**

**Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.**

**VD16 VD16 G 2999**

Liber XV. De personis ecclesiasticis maiores & minoris dignitatis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-97739

Visual Library

Inde autem dictos puto ego a firmitate fidei, nam voces illæ ſunt
vulgares, noſtrates, & maternæ, quibus componitur verbum, *Sol-*
*durius, ſoldure*, aut *ſolendure*, quod eſt ſolus durat, vel ſolus pati-
tur, ſcilicet cum delecto amico ſolus tolerat, vt apud Virgilium,
1. *Æneid.*

*Durate, & voſmet rebus ſeruate ſecundis.*

Loquitur autem Iulius Cæſar, dum de Soldurijs agit, de Aquita-
nia, cuius idioma quoque eſt, vt Tectoſagum in ea appellatione,
ex qua declinaui etymon nominis commune. Clientes etiam ap-
pellat Cæſar, *lib. 7. comment. bel. Gall.* quos antea Soldurios dixe-
rat, dum ait, *Clientibus Gallorum nefas eſſe, etiam in extrema fortu-*
*na deſerere patronos.* Idipſum etiam tribuit Valerius Maximus, *lib.*
*2. cap. 1.* Celtiberis, vtpote a Gallia tranſlatum. Et Tacitus, *de mo-*
*ribus Germanorum*, Germanis. Confirmat hos Soldurios clien-
tes eſſe, quod Cæſar etiam ſcribit alibi, dũ de funere patronorum
15 ait, *Iul. Cæſ. lib. 6. Commen. bell.* ¶ *Funera † Gallorum ſunt pro cul-*
*tu magnifica & ſumtuoſa, omniaque quæ viuis cordi fuiſſe arbitran-*
*tur, in ignem inferunt, etiam animalia.* Ac paulo ſupra hanc me-
moriam, ſerui & clientes, quos ab illis eſſe dilectos conſtabat,
16 iuſtis funeribus confectis vna cremabantur. ¶ Vt † inde colliga-
mus Soldutiorum deuotionem, qua etiam vitam arbitrio patro-
norum fideique ſubijcerent. Neque mihi placet, vt Soldurios
Gallorum eoſdem dicam cum ſoldatis vel ſolidarijs. Nam Soldu-
rij nulla mercede conducti ſeruiebant, & adſtabant in periculis
cum patronis, vt dixi: at ſolidarij milites erant ſtipendiarij. Sic Ra-
denicus, *lib. 3. c. 20.* innuit in his verbis, *vt largitione pecuniæ mili-*
*tes, qui ſolidarij vocantur, colligeret.* ¶ Sic † in ſupplemento Chro- 17
nici Sigiberti, *Sumſit Henricus rex pecunias de feudo vniuſcuiuſq;*
*loricæ: capitales barones ſecum duxit, ſolidarios vero milites innume-*
*ros.* Soldata in vſibus feudorum, *de ſoldata dixim. in Feud. lib. 6. c. 3.*
*num. 7.* eſt præſtatio quædam annua gratuita, quæ a neutra parte
tranſit in heredem: morte enim dantis, vel accipientis interue-
niente finitur. ¶ Soldata † vero dicitur, quia plerunque in ſolido- 18
rum donatione conſiſtit, quandoque in vino & annona, *in §. fin.*
*quis dica. dux. Marc. lib. 2. Feud. tit. 10.* Solebat enim ſtipendium
militibus olim per annonam diſtribui per ſingulos dies, in ſingu-
los annos expeditionis tempore: veluti *bucellatus panis*, quem bis
coctum vocamus, duobus diebus, ac panis alius tertio: vno die vi-
num, alio acetum: vno die lardum, caro veruecina biduo, *l. 1. & l.*
*iubemus*, 10. *de eroga. milit. anno. lib. 12. C. tit. 38. de anno. in l. fortiſſi-*
*mi, 6. eod. tit.* ex commeatu publico. Cui annonæ interdum etiam
pecuniæ erogatio accedebat, *l. iubemus*, 16. *cum ſuis §§. eod. de erog.*
veſtitus, *l. 1. 2. 3. 4. de mili. veſte, li. 12. C. ti. 40.* & alia id genus militi-
bus neceſſaria. Quando annona loco pecuniæ in ſolutum militi-
bus dabatur, dicebatur ſtellatura, *Vuolphgangus Lazius, lib.*
12. *comment. Reip. Roma. c. fi.* quia per teſſeras ſtel-
latas, ſpecies alias pro annona ac-
cipiebant.

# DE PERSONIS ECCLESIASTICIS MAIORIS ET MINORIS DIGNITATIS ET OFFICII, LIBER XV.

## De præſtantia poteſtatis eccleſiaſticæ in laicam. Cap. 1.

1 *Continuatio libri 15.*
2 *Poteſtas publica diuiſa, & perſona eius: in eccleſiaſticas & laicas.*
3 *Chriſtianorum duo genera, clericorum & laicorum.*
*Horum alij imperantes, alij ſubditi.*
4 *Poteſtatem eccleſiaſticam maiorem ſeculari docetur.*
5 *Anima præſtantior, & ſpiritualia corpore & corporeis.*
6 *Perſonæ eccleſiaſticæ digniores ob myſteria Dei, quæ pertra-*
*ctant.*
7 *Honores eccleſiaſticis abrogati a Tyrannis, reſtituti a Leone &*
*Antonino.*
8 *Sacerdotium prælatum imperio etiam apud Gentiles.*
9 *Imperatores ſummum pontificatum geſſerunt.*
10 *Reges Ægyptiorum ex ſacerdotibus.*
11 *Pontificum ſummorum in reges poteſtas.*
*Imperium & regna Galliæ tranſlata per ſummos pontifices, eo-*
*dem.*
12 *Pontifici debent reges, & Cæſares obedire: is autem Deo.*
*Reſtiterunt epiſcopi Cæſaribus, Ambroſius Theodoſio, Innocen-*
*tius Archadio, Liberius Conſtantino, eod.*
13 *Summus pontifex rex ſeculi a Tertulliano dictus.*
14 *Summi pontifices, & ſacerdotes num vtantur gladio materiali.*

1 TOTVM hominem † ſimul & vna comprehenſione
corporis & animæ iam ſuperioribus libris conſide-
rauimus, & naturales differentias qua potuimus fa-
ciliori methodo docuimus ex generatione legiti-
ma & illegitima: atque de diſtinctione, quę ex pote-
ſtate priuata, ex naturali quadam cauſſa proficiſcitur, breuiter quę
& ſcitu neceſſaria & vtilia videbantur, expoſuimus. Nunc perue-
nit ſeries tractationis ad eam partem, quæ de poteſtate publicarũ
perſonarum pollicetur notionem. ¶ In † qua publicam poteſta-
2 tem in duo ſumma genera diuidi par eſt: Nempe in eccleſiaſti-
cam & ſecularem. Homo conſiderandus eſt in ſuis præcipuis par-
tibus, quibus conflatur, anima & corpore. Sic alijs cura potior eſt,
vel excellentior rerum ſpiritualium, earumque, quæ ad ſalutem
animæ pertinent, 1. *ad Cor. 4. ibi, ſic nos exiſtimet homo, &c.* alijs
maior corporis, & rerum, quæ ad politiam & quietem reipubl. &
quæ eius ſunt adminiſtrationis. ¶ Quare † & duo genera Chriſtia-
3 norum vniuerſalia, *can. duo ſunt* 12. *q.* 3. vnum clericorum eſt, ſpi-
ritualibus deditum, & ſacris inſeruiens: aliud laicorum, qui curant
ſecularia. Et in his duobus generibus, alij ſunt imperãtes, ſeu præ-
poſiti: alij ſubditi. Duæ poteſtates præcipue, duoq; genera ſubdi-
torum ſufficiunt, nec plura legitime eſſe poſſunt, *D. Luc. 22. c. v-*
*nam ſanctam, de maio. & obed. li. 1. Extrauag. com. ti.* 8. quia non ſunt
aliæ partes principales in homine, pręter animam & corpus, qui-
bus poteſtates impoſitæ ſunt. Niſi mixtã inde conſtituas & omni-
modam, quæ habet imperium in corpus & animam, quæque ſoli
Deo omnipotenti conuenit, qui poſtquam occiderit corpus, po-
teſt animam in æternam gehẽnam mortemq; ſecundam mittere:
aut niſi temporum quorundam obſeruas neceſſitatẽ & Dei man-
datum, quib. vtraq; poteſtas indiuiſa penes vnum principẽ certis
de cauſſis & cum certis legibus fuit, vt ex narratione ſequentium
Deo fauente apparebit. ¶ Poteſtas † eccleſiaſtica ſeu ſpiritalis ma- 4
ior ſeculari, *d. c. vnam ſanctam.* In cœlo duo luminaria magna, ſed
vnum maius Sol, aliud minus, Luna, *Gen. 1.* In homine quoq; duo
luminaria magna, maius ratio, minus ſenſus. Maior & honeſtior
viſus qui meliorib. & honeſtioribus præeſt, *§. nos autem, de defenſo.*
*ciu. in auth. coll.* 2. ¶ Anima † plus quam corpus, & corpus plus quã 5
veſtimentum, id eſt, plus quam externa bona, *D. Matth. 6. Luc.*
12. *D. Auguſt. de catechizãdis rudib. ca. ſedulo, 39. diſt. l. ſancimus, de*
*ſacroſ. eccl.* Corpus conditum animę cauſſa, *Ariſt. li. 1. de partib. ani-*
*mal. c. fi.* & bona externa propter hominem, *l. in pecudum, de vſur.*
*P. §. in pecudum, de vſufr. ap. Iuſtin.* Et propter quod vnumquodq;
tale, & illud magis. Nobilior anima, & ſpiritualia omnib. corpo-
ralibus, *c. 2. de tranſla. epiſc. ap. Greg.* & fortiora ſpiritualia illis, *c. in-*
*ter corporalia, eo. ti.* Vt & princeps cura Iuſtiniano primum animas,
deinde linguas ſubditorum fieri eruditas, *§. illud vero, in proœmio*
*Pand.* Proinde qui curam gerit animarum & rerum earum, præ-
ſtantiori exornabitur poteſtatis dignitate. Et vt anima pręeſt cor-
pori, imperat & iubet, vt regina in proprio regno: Sic qui imperat
animæ & potior erit imperante corpori. Si vinco enim te vincen-
tem, & vincam te, *l. de acceſſionib. de diuer. & temp. præſcri.* Nec du-
bitauit D. Paulus corpus excommunicati dare in interitum carnis,
vt nobilior pars, anima videlicet, ſalua eſſet, *l. 1. ad Cor. 5.* Grauior
& pœna habita excommunicatio, quod hominem interiorem a-
nimam videlicet, feriat, *can. 1. & c. ſi quis epiſcopus damnatur, ca. au-*
*di. 11. q. 3. c. corripiatur, 24. q. 3.* ¶ Dignius † & ſecundo eccleſiaſtica- 6
rum perſonarum officium, ob myſteria quæ pertractant, vnde nõ
tantũ honori earũ tribuitur, quantũ maieſtati Dei, cui inſeruiũt,
*Paulus, in l. nõ diſtinguemus, 37 § ſacerdotio, de recep. arb. li. 4. P. ti.* 8.
cuius ratione & tot priuilegia, & immunitates etiã ethnici ſuis ſa-
crificulis cõceſſerunt. *Dion. Hal. li. 2. Antiq. Rom. l. quiſquis emẽſis,*
*de epiſc. & cler. li. 1. C. ti. 5.* ¶ Et † Leo & Antoninus CC. irritis tyran- 7
nor. decretis, Antiſtitib. quos patres pietatis vocãt, honores reſti-
tuerunt,

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

tuerunt,&priorem locum reſidendi ante alios in conſilio epiſco-
porum & extra, *l.decernimus,15.de epiſcop.& cler.C.* Principes ſe-
culi ſubditi legibus pontificalibus, potiſſimum in cauſſis fidei,
*can.duo ſunt gladii,96.diſt.D.Ambroſ.in can.conuenior, 23 q.8. ex-
trau.g.vnam ſanctam, de maior. & obed.* imo & ſacerdotibus per
epiſcopos factis, qui ſoluendi & ligandi habent poteſtatem, *c. o-
mnis vtriuſque ſexus, de pœniten. & remiſſion.ap Gregor.* Sic & iuſ-
ſit D.Petrus, *1.Pet.c.2 c.omnis,c.4.de maior.& obed.lib.1. Decre.tit.*
8 *33.* ¶ Sic † omnes etiam qui fidem veram ſectantur:non enim lo-
quor de hæreticis:admittunt, *c.cum ad verum,96 diſt.c.per vene-
rabilem,in fi.qui filii ſint legit.c.ſolitæ,de maior.& obed. apud Grego.*
Et antiquitus ſacerdotium prælatum imperio. & reges Iſraëlis e-
lecti & inuncti a ſacerdotibus & prophetis, *1. Reg.10. & 15. & 16.
& in 2.Reg.c.2. & 5.& in 3.Regum c.1. & 19. & Paralipo.2. c.23.* vt
nunc etiam, *c.1 §.vnde in veteri teſtamento, & de ſacra vnctio lib.1.
Decretal.tit.15.* non contra. Et eadem cauſſa impellente, erga ſa-
cra tractantes fuit apud ethnicos præcipua reuerentia: ita Druidæ
Gallorum ſacerdotes monarchiam ſuis legibus Gallorum tem-
perabant ſecularem, *Iul.Cæſar,lib.6.comment de bell Gall.* Et ſacer-
dotes Germanorum a cultu veri Dei abhorrentium,in conuenti-
bus ius habebant imperandi,& ſilentium indicendi, *Cornel.Taci.
de mori.Germ.* Apud Romanos Scipio & Figulus,ad Tiberii Grac-
chi pontificis ſummi idolorum iuſſum,faſces & imperium depo-
ſuerunt,& poteſtate regia conſulari ſe abdicarunt, *Valer. Max.li.*
9 *1.c.1.* ¶ Ea † ratione, vt de religione diſpenſare poſſent Cæſares,
ſummum pontificatum geſſerunt aliquando, & inaugurabantur
omnibus ſacerdotiis,vt omnes religiones & ſacerdotia in ſua ma-
nu haberent. *Dio Caſſius,lib.53.Hiſtor.* Sicut apud Aſſyrios vt re-
fert Beroſus, Belochus X. eorum rex a Belo nomen ſumſit, quia
cum imperio voluit ſummum pontificatum Iouis Beli exercere,
10 *Beroſus,lib.5.Deſtor.* ¶ Et † Ægyptiorum rex non aliunde quam a
ſacerdotum collegio deligebatur, *Plato,lib.ciuili,vel de regno.* ¶ In
11 † Æthiopia quoque ſacerdotes qui in Meroe erant ſuorum deo-
rum cultui dediti, tanta pollebant auctoritate, vt quando illis vi-
ſum eſſet, regibus nuntiarent, vt mortem oppeterent: vſque ad
Ergamenem regem Græcis doctrinis philoſophiæque deditum,
qui Ptolomæi II.tempore hanc ſuſtulit conſuetudinem, *Diodor.*
12 *Sicul.lib.4 Biblioth.cap.1.* ¶ Zacharias † ſummus pontifex eccleſiæ
Dei regnum Gallicum a Ludouico in Pipinum tranſtulit, *can. a-
lius,16 quæſt.5.* Et Stephanus II. ſummus pontifex imperiũ a Græ-
cis in Germanos,& Carolum Magnum Pipini filium, *c.venerabi-
lem,de electione,lib.1 Decret.tit.6.* Confirmauit & Germanis ma-
iori priuilegio eligendi poteſtatem Gregorius V. ſummus ponti-
fex Saxo. circa annum 995. *Blond.lib.3.Deca 2.Platin. in Gregor.
5.Krantzius,lib.4.cap.25. Et iubet*, Diuus Ignatius, *Preſbyteri*, in-
quit, *atque omnis clerus, ſimul cum omni populo, cum militibus &
principibus, ſed & Cæſares obediant epiſcopo, epiſcopus Chriſto, D.
Ignatius, epiſt.9.* Diuum Ambroſium in Theodoſium *1.*Cæſarem
poteſtatem hanc exercuiſſe nemo ambigit, qui Imperatori ſacris
interdixit, & e cancellis eccleſiæ remouit, donec pœnituiſſet de
crimine, quod in Theſſalia ob ſeditionem motam, occiſumque
tribunum ſuum, ſeptem millia militum occidiſſet, *Ambroſ.5.lib.
Epiſtola.epiſt.18 Rufin.lib.2.ca.18 Eutro.lib.12.* Idipſum & proba-
uit Innoc.1.in Archadium Cæſarem, *c nos ſi incompetenter §1.2.q.
7.* Reſtitit & Liberius ſum. pont. conuenticulis a Cæſare indictis
contra Athanaſium. *Amian.Marcel.lib.15.& Athanaſius.* ¶ Ter-
13 tullianus † Pontificem Max.vocat regem ſeculi, *Tertull lib.1 ad v-
xo.* Duo gladii Petro fuerunt,iuriſdictionis vtriuſque ſymbolum
referentes,quos ſufficere dixit Deus Dominus noſter Ieſus Chri-
ſtus:tamen exercitium ei materialis & corporalis prohibuit, & in
14 vaginam retineri ab eo iuſſit, *D.Matth.c.26.* ¶ Nec † voluit eccle-
ſiam ſuam mortem temporalem inferre, *c in Archiepiſcopatu, de
raptor.c.ſententiam ſanguinis ne cler.vel mo.& c.c.occidit & can.le-
gitur,2.q.fin.c.nos ſi incompetenter, §.iis ita, 2.q.7.* paſſim. Quamuis
in lege antiqua ſacerdotes eo vterentur, qui adumbrabat eccle-
ſiam noſtram: quemadmodum vſus eo Samuel in Agag rege, *1.
Reg.14. & 15.* Elias in prophetas Baal, *3. Reg.18.* & in quinquage-
narios Ochoſiæ, *4.Reg.1.* Eliſeus in pueros irriſores, *4 Reg.2.* Io-
iadas in Athaliam, *4.Reg.11. 2.Paral.22.* Eliachim in Holofernem,
*Iudith 4.* & ipſe D.Petrus in Ananiam & Saphiram, *Actuum 5.*

## De Epiſcopis in vniuerſum.

### Cap. 2.

Lib.1.C.

1 *Perſonarum eccleſiaſticarum nomenclatura varia vnde.*
2 *Epiſcopi nomen ſolicitudinis olim ſine beneficio temporali, & quid ſignificet. Item 6.*
3 *Epiſcopi ethnicis qui.*
*Cretarii,&* Forriers *Gallis vnde eod.*
4 *Epiſcopi rerum venalium obſeruatores.*
5 *Epiſcopi regis oculi,& magiſtratus gentilium.*
*Armoſtæ qui magiſtratus dicti, eod.*
6 *Epiſcopi apud nos Chriſtianos qui dicuntur.*
7 *Epiſcopi in locum præſulum prouinciarum, & in locum gẽtilium ſacerdotum.*
8 *Epiſcoporum gradus inter Chriſtianos & ethnicos, & quomodo ſucceſſerunt.*
9 *Panepiſcopus Deus.*
10 *Patriarchæ qui, & patres qui dicti.*
11 *Patriarchæ quinque tantum epiſcopi in orbe, & horum ordo dignitatis.*
12 *Patriarcha Romanus ſummus Pontifex.*
*Papa dictus ſummus Pontifex, eod.*
13 *Papæ epiſcopi omnes dicti.*
*Papæ quid ſignificat, eod.*
*De Papæ nomine Krantzii lapſus.*

PErſonarum † eccleſiaſticarum nomenclatura varia, vel a cura 1
commiſſa,vel ab officio,vel ex his duobus,vel ab ordine, vel a
gradu eccleſiaſtico trahitur. ¶ Epiſcopi † nomen, ſolicitudinis & 2
curæ eſt,cui & poſtea beneficium additum fuit. *Attendite*, inquit
Diuus Paulus, *vobis & vniuerſo gregi, in quo Spiritus ſanctus poſuit,
epiſcopos regere eccleſiam Dei, quam acquiſiuit proprio ſanguine, A-
ctuum,c.20.* ἐπισκοποῦμαι, vel ἐπισκέπτομαι Græcis, ſpeculor eſt,con-
ſidero. Cicero huius dictionis exprimit his verbis vim: *Vult Pom-
peius me eſſe, quem tota hæc Campania & maritima ora, habeant e-
piſcopum, ad quem delectus & negotii ſumma referatur, Cice.lib.7.
epiſto.ad Atticum.* ¶ Erant † inter ethnicos epiſcopi, qui inter mi- 3
lites metatoribus,qui nunc Cretarii aut *Forriers*,a foribus dicun-
tur,præerant. Quod circumeundo diſpicerent pro dignitate cu-
iuſque, hoſpitii commoditatem. In qua ſignificatione vtitur Caſ-
ſiodorus,*lib.4.variar.*dum ait, *Et primum quidem interrogare mi-
litem, quis eum ad metatum duxiſſet epiſcoporum.* ¶ Erant † & epi- 4
ſcopi qui venalibus præerant rebus, & inſpiciebant,vt recta æſti-
matione ſingula venirent, quæ in vſum eſſent quotidianum, mi-
nuſque id erat perſonale, *Archad.in l fin.§. Irenarchæ, de mune. &
hono.li.59.P.tit.4.* quod & antiſtitibus ſacris epiſcopis iniunctum
quidam putant, *l.1 de epiſc.audien.C.c.1.de cmtio.ap.Greg.li.3.ti.17.*
Arrianus † tradit apud Indos ἐπισκόπων munus fuiſſe, videre quid 5
in quaq; regione fieret, vt cognita ad reges vel magiſtratus refer-
rent, *Arria.lib.8.hiſtoriæ & in reb. Indicis.* Tales erant apud Per-
ſas magiſtratus dicti οἱ βασιλέως ὀφθαλμοὶ, & in Attica qui mittebã-
tur ad iudicium exercendum in ciuitatibus ditionis Athenien-
ſium. Sic enim ſcribit Ariſtophanis ſcholiaſtes, *in auibus, tradit
& Suidas, vide & Auguſtinum,lib.19.de ciuita.c.19.*dum interpre-
tatur illum verſiculum, ἐπίσκοπος ἥκω δεῦρο τῷ κυάμῳ λαχὼν, & c.1.
*Cõmuni omniũ ſuffragio electus epiſcopus venio huc.* οἱ παρὰ ἀθηναίων,
inquit, εἰς τὰς ὑπηκόους πόλεις ἐπισκέψασθαι τὰ παρ' ἑκάστοις πεμπόμενοι καὶ
φύλακες ἐκαλοῦντο, οὓς οἱ Λάκωνες ἁρμοστὰς ἔλεγον, id eſt, *Miſſi ab Athe-
nienſibus conſiderare quæ ſingulis opus erat in ciuitatibus ſubditis,epi-
ſcopi & cuſtodes dicebãtur, quales Lacedæmonii Armoſtas dixerunt.*
¶ Inter † nos Chriſtianos, qui curam actuum in ſacris diſpicien- 6
dorum, & ſolicitudinem diſciplinæ eccleſiaſticæ conſeruandæ &
emendandę ſuſceperunt, epiſcopi quoq; dicti ſunt, *l.cleros,21.diſt.*
eiuſque tituli ſeu ſacerdotii quo inaugurantur iuxta concilium
Alteum, *can.1.q.1.* ¶ Huius † generis ſunt ſacri præſules in eccleſia 7
præcipui in locum apoſtolorũ ſubrogati, *c.vlt.68.diſtin.c.in nouo.
21.diſt.c.videtes, 12.q 1.ca.dominus,93.diſt.* Annotauit & Vuolph.
Lazius, in Italia & aliis prouinciis prætorialibus videlicet ſubie-
ctis prætori Italiæ, ſucceſſiſſe in locum adminiſtrantium, & in ſe-
dem illorum epiſcopos ſacros, *Vuolphgangus Lazius, lib. 2. Reip.
Rom.cap.2.* atque præſulis vocem, quæ tribuitur epiſcopis olim
fuiſſe præſidum propriam, docetque ex Caſſiodoro, *lib.3. variar.
epiſtolar.Theodorici ad Adeodatum.* ¶ Epiſcoporum † ſacrorum 8
quinque gradus ſunt:præcipuus iis præeſt vnus,qui panepiſcopus
dicitur: alii patriarchæ,alii archiepiſcopi,alii ſimpliciter epiſcopi,
alii chorepiſcopi, *de quibuſdam in ca.cleros,§.ordo epiſcoporum, 21.
diſt.* Quemadmodum & priſcæ ſuperſtitionis ſeu idololatriæ, va-
rii fuerunt prꝑfectorum gradus,& ſacerdotum:quorum alii,pon-
tifices ſummi,alii pontifices,archiflamines alii,alii flamines. Qui-
bus ſubrogati ſunt ſacri antiſtites, ad expungendam & abolẽdam

Idolorum memoriam, fere iiſdem ſacerdotii nominibus, ſed lon-
ge alio exſiſtente ſacerdotio. Sic Romæ reiecto ſummo pontifi-
catu idololatriæ vniuerſalis & totius orbis, ſubrogatum eſt caput
totius ſanctitatis terreſtris, & ſummus pontifex veræ & catholicæ
religionis, *can. Beati Petrus & Paulus*, 2. *q*. 7. Et in locis in quibus
pontifices archiflamines, & flamines gentilium, plantati archie-
piſcopi, & epiſcopi, & ſacerdotes fidei noſtræ, *c. vrbes, can. in illis*,
80. *diſt*. Nec tantum Romæ id factitatum eſt, ſed etiam in Britan-
nia, vt teſtatur Gildas, *de victoria Ambroſii Antelii regis Britonum*,
& Gothfridus *Monomutẽſis Brito ſeu Anglus, in hiſtoria Britonum*,
*& Tritemius, lib. 1. compendii annalium Francorum, ca. 1. de priui. li.*
*5. Decret. tit. 13*. Et in aliis præſtantioribus prouinciis, & in earum
inſignioribus ciuitatibus, quibus tantum iſtæ maiores dignitates
9 conceduntur. ¶ Panepiſcopus, † id eſt, omnium ſummus, & præ-
cipuus epiſcopus Deus eſt apud Dionyſium Areopagitam, in di-
uinis nominibus: & apud vatem Erythream, in Sibyllinis oraculis.
Is enim ſua prouidentia & virtute, omnium curam habet, omnia
intuetur, omnibus prouidet. Dominus noſter Ieſus Chriſtus ſum-
mus veruſq; ſacerdos, qui ſeipſum obtulit ſacrificium pro omni-
um ſalute, in ara crucis patri Deo, cuique cura de nobis omnibus.
10 *D. Paul. ad Rom. c. 2. 3. 4. 5. 8. 9.* ¶ Patriarcha † Græcis πατριάρχα, di-
citur primus vel princeps ſeu honorabilior inter patres, ſeu inter
præſtantes, vt legimus in ſacris literis fuiſſe 12. patriarchas, *Actu-
um, c. 7. & 1. Paralip. c. 8. & Thob. 6.* Patris nomen, non tantum ad
genitores pertinet, ſed etiam eo nomine honorabiliores digni
ſunt. Sic enim Græcis πατὴρ pater dicitur, quaſi παῖδας τηρῶν, id eſt,
ſeruans ex ſe genitos. Quamobrem ſenatores a Romulo facti pro
conſilio reipub. dicti ſunt honoris cauſſa, patres ab eo, & eorum
filii & poſteri Patritii, *Liuius, in 1. Dionyſ. Halic. in 2. Saluſtius, in
bello Iugurthino, l. 1. de emenda. C. Iuſtinia.* Et item venerandi & ſe-
niores patres: & hoc nomine Fabium Maximum honorauit Mi-
nutius, his verbis apud Plutarchum, *in vita Fab. Max.* πατέρα δὴ
σε χρηστὸν προσαγορεύω τιμιωτέραν οὐκ ἔχων προσηγορίαν. ἐπεὶ τῆς γε τοῦ τε-
κόντος μείζων ἡ παρὰ σοῦ χάρις αὕτη. ἐγεννήθην μὲν γὰρ ὑπ᾽ ἐκείνου μόνος, σώζο-
μαι δ᾽ ὑπὸ σοῦ μετὰ τοσούτων. Quamobrem epiſcopi, & qui præſtant
ceteris auctoritate in eccleſia, patres dicti, *cano. ſexta ſynodus*, 16.
*diſt. can. fi. 68. diſt*. Et in ſacra pagina illi quoque patres, qui doctri-
na, & verbi ſacri prædicatione nobis verbi Dei ingenerant cogni-
tionem. Hac ratione & D. Paulus Corinthios alloquitur, 1. *ad Co-
rinth.* 4. *Si decem millia pædagogorũ habeatis in Chriſto, ſed non mul-
tos patres: Nam in Chriſto Ieſu per euangelium ego vos genui*. Et rur-
ſum ad Galatas 4. *Filii mei quos iterum parturio, donec formetur in
vobis Chriſtus*. Patrem ergo nominari, dignitas eſt: maior autem,
11 patriarcham, ſeu patrum principem dici. ¶ Porro † Patriarchæ
quinque tantum in orbe & in eccleſia catholica, & totidem pa-
triarchatus. Quorum adhuc vnus ſummus & vniuerſalis, *vide Iſi-
dorum, anno* 557. vt omnia ad vnitatem & pacem reducantur: &
is primus & ſummus patriarcha, eſt Romanorum pontifex, qui
ſedet in prima, & apoſtolica, & digniori ſede. Poſt hunc, ordine
quatuor alii dignitate ſe conſequuntur: Conſtantinopolitanus,
Bizantii ſedens, Alexandrinus, Antiochenus, Hieroſolymitanus,
ſecundum definitionẽ ſextæ & octauæ Synodi, *c. pen. & fi.* 22. *diſt*.
& concilii generalis, *c. antiqua, de priuileg. lib. 5. Decreta. tit* 33. &
decretis Nicolai, Anacleti, & aliorum ſummorum pontificum, *in
ca. omnes, & c. ſacroſancta, eo.* 22. *diſt*. Nihilo minus & ii patriarchæ:
epiſcopi dicti, & ſummus ipſe pontifex, *can. prima ſedes*, 99. *diſtin*.
12 ¶ Appellatur † etiam Papa epiſcopus Romanus a D. Ignatio, his
verbis ad virginem Dei genitricem ſcribẽs: *Verus eſt ſermo, quem
audiui Romæ de te apud beatum Papam Anacletum, cui ſucceſſit
beatitudine dignus Clemens, Petri & Pauli auditor*. Hocque nomi-
ne Papæ etiam nunc dicitur ſummus Chriſtianorum pontifex in
13 terris. ¶ Quemadmodum † etiam apud Græcos ceteri patriarchæ,
necnon & reliqui ſimplices epiſcopi, Papæ nominabantur: non
alia ratione, quam qua patres appellari. Cuius rei fidem faciunt e-
piſtolæ, quæ inter apologetica Athanaſii legũtur, quarum hæ in-
ſcriptiones, *Iſchyrias beato Papæ Athanaſio*. Et rurſum, *Victor &
Conſtantinus Maximus ſcribunt beato Papæ Athanaſio*. Et apud
Gregorium Turonenſem, epiſcopi nomine, petenti clerico vas
vel vrceum eccleſiæ inter prædam ab eccleſia ſublatum, Clodo-
ueus Francorum rex quamuis infidelis reſpondit, quæ Papa po-
poſcebat ſe adimpleturum, *Gregor. Turonenſ. lib. 2. hiſtoria Fran-
corum, cap.* 27. πάππος Græcis maior pater dicitur: ſeu auus. Iu-
lius Pollux enim ſic explicat, lib. 3. onomaſti. καλεῖται δὲ ὁ μὲν πατρὸς ἢ
μητρὸς πατὴρ πάππος. Neque vox tam noua eſt, vt faſtidium mo-
uere poſſit doctis: nam & vulgus Græcorum ſic carum parentem
vocabant, vt apud Homerum, *Odyſſ. z. ſen. 5.* Nauſicaam puellam
legimus ſic compellantem patrem:

> πάππα φίλ᾽ οὐκ ἂν δή μοι ἐφοπλίσσειας ἀπήνην
> ὑψηλὴν, εὔκυκλον, &c.

id eſt,

*Pater care, veliſne mihi apparere currum excelſum rotundum, &c.*
Scythæ hanc appellationem quoque vt mitiorem & benignio-
rem norunt. Et vt Herodotus, *lib. 4. Qui regii Scythæ vocantur et-
iam Neptuno ſacrificant appellantes Veſtam lingua ſua Tabithi, Iouem
Papæum rectiſſime*. Itaq; ſummus pontifex Papa per Antonoma-
ſiam, ſoluſque pater dicetur: Quando & verum ſit quod D. Hie-
ronymus *Epiſt. ad Nepotianum de vita clericorum*, ſcribit, quem-
que ſubditum eſſe debere ſuo pontifici, quaſi animæ parenti vel
patri. Et hoc loco videtur mihi lapſus Albertus Krantzius, *lib. 5.
c. 38.* dum ait ſummum pontificem non fuiſſe dictum patrem, nec
ſanctiſſimum dominum olim.

## De ſummo pontifice ſedis apoſtolicæ.

## Cap. 3.

1 *Papa ſeu pontifex ſummus, vnus ſummus, ſine pare, & rationes & 4.*
2 *Sacerdos ſummus inter ethnicos vnus.*
3 *Item apud Hebræos.*
4 *Romæ ſedem primam & apoſtolicam eſſe, & poteſtatum culmen docetur.*
5 *Papæ plena poteſtas, & beneficium maius ſummus pontificatus.*
*Et quæ poſſit ſolus ſummus pontifex.*
6 *Concilia vniuerſalia quare non debeant, nec poſſint congregari alia auctoritate, quam ſummi pontificis non Imperatoris, vel regis.*
7 *Schiſma in pontificali auctoritate abominabile.*
8 *Pontifices ſummo pontifici ſubditi, vt membra.*
9 *Pontificibus ſubditi & laici Imperatores, & magiſtratus inter gentiles quoque.*
*Rex ſacrificulus cur introductus, eod.*
10 *Imperatores inaugurati ſacerdotiis quare.*
*Pontifices ſummi fuerunt Imperatores aliqui ethnicorum, eod.*
11 *Pontifex Romanus ſummus ex omni ætate Eccleſiæ catholicæ.*
12 *Pontificis ſummi qualitates & inſignia, & veſtitus, & ornatus.*
13 *Religio peperit diuitias, quæ eam ſuffocant.*
14 *Prælatorum, & eccleſiaſticarum perſonarum luxus improbandus.*
15 *Summus pontifex vnus tantum eſſe vno tempore poteſt.*
*Schiſmata aliquot notata, eod.*
16 *Pontifex ſummus quis eligi poßit.*
17 *Pontifex ſum. a quibus eligatur. & 18. a viuente, clero poſt approbante, dehinc principe.*
*Linus & Cletus adiutores in temporalibus D. Petri.*
19 *Imperatoris conſenſus quando adhibitus, & ſublatus in electione ſummi pontif.*
20 *Pontifex ſummus a cardinalibus eligendus: & de forma electionis.*
21 *Pontificis ſum. electioni quæ obiici poſſunt.*
22 *Pontifex ſummus non poteſt eligi fœmina, quare.*
23 *Pontifex ſum. electus, quare ſella forata ſedere iubeatur primum.*
24 *Pontifex ſum. electus intronizatur, coronatur, confirmatur: & quid gerat ante hæc, & differentia reſcriptorum ante & poſt emiſſorum.*
25 *Bullæ integræ, & non integræ in reſcriptis ſum. pontificis ratio.*
26 *Pontificatus ſummæ dignitatis finis.*
27 *Pontificis ſummi poteſtati quæ reſeruata.*

IN dignitate ſummi † pontificis vnitas conſideratur, vt ille ſit 1
primus omnium eccleſiarum princeps, *l. 4. de Summa Trinita.
& fide cath. C. can. in nomine*, 23. *diſtin. ca. omnes*, 21. *diſtin*. 22. nemo
autem aliorum põtificum ſit illi par. Dominus noſter Ieſus Chri-
ſtus, vnum ſolum vniuerſarum ouium ſuarum paſtorem reliquit
D. Petrum: & vni ſoli, præſentibus omnibus apoſtolis, paſcendi o-
ues & agnos reliquit ſolicitudinem a morte ſuſcitatus, ad patris
dextram aſcenſurus, *D. Ioannis, ca. 21. D. Matth. c. 16. can. ſacroſanct.
22. diſtin. c. quanto, de tranſlat. epiſcop.* Eccleſia vna catholica & vni-
uerſalis, *ca. eccleſia, de conſecr. diſtin. 1. ca. Nouatianus*, 7. *q*. 1. vna co-
lumba, *canticor. cap.* 6. ſponſa vna, & mater electa, quæ vnius de-
bet eſſe viri, *c. cum non ignores, de præbend.* vna fides, *ad Epheſios,
c. 4. D. Ioan. euang. cap. 17. Actuum 4. ad Galat. 3.* vnum baptiſma,
*ad Epheſ.* 4. vnum rerum generale principium, Vnus Deus, *ad*

*Ephes.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Epheſ.4. Malach.2.* vnus eius vicarius. *ca. ſaluator de præben. in extra. communi. c.1. de ſumma Trin apud Gregor. ca. loquitur, & cano. penult. 24. q.1. ca. in apibus, & ca. Nouatianus. 7. q.1.* Cœli omnes
vnius prioris motu rapiuntur, ſingulis ſubinde proprium motum
2 habentibus: vnicus inter aſtra Sol præcipuus. ¶ In † hoc corpore phyſico noſtro, membra vni ſpiritui, vni capiti inſeruiunt. Erat & ſummus ſacerdos apud ethnicos, auctore Liuio. *ſæpe, potiſſimum in 30 vbi agit de ſummo Pontificatu, & libr. 10.* Inter Druidas Gallorum ſacrificulos vnus præerat, qui ſummam inter eos haberet poteſtatem. *Iulius Cæſar, lib.6 comment. bell. Gall.* Et apud ethnicos Francos, erat vnus ſummus Pontifex, cuius ſæpe meminit priſca Francorum hiſtoria Hunibaldi, & Tritemius in prim. c. breuiarii annalium Francorum.
3 ¶ Et apud Hebræos ſacerdos magnus dictus כהן גדול cohen gadol. *Leuit. c.8. num.35. Iudith. c.15.* De ſummo vnoq; pontificatu, D. Chryſoſtomus etiam ſic ſcribit, *in illud cap.21. diui Ioannis, ſequere me. Si dixerit aliquis, qualiter Iacobus thronum aſſumſit Hieroſolymorum? illud vtique dicam, quoniam Chriſtus Petrum inthronizauit orbis terrarum magiſtrum.* Quæ etiam refert Theophilus, *in cap. 21. diui Ioannis.* D. Auguſtinus, *in dictum cap.21. diui Ioannis.* & Ambroſius, *in cap.5. Lucæ, ſuper illa verba, ſedens Ieſus docebat de nauicula.* omittam & ſciens prudensq; quę
4 de apice huius dignitatis ſcribunt. ¶ D. Bernardus, † *li. de conſideratione ad Eugeniũ Papam.* & D. Thomas, *in 4. Summæ cõtra gentiles, & 2. Sententiarum, diſtinctio. vltima.* Indico tantum Athanaſium conſignatum literis reliquiſſe. *Athanaſ. epiſtola ad ſolitarios.* Romæ ſedem eſſe Apoſtolicam & poteſtatum culmen: idque aliquando hoſtes eccleſiæ Arriani confeſſi ſunt, eam ſedem matrem appellantes, vnde per orbem reliqui miſſi eſſent prædicatores, vt narrat Sozomenus, *lib.4. hiſtoriæ Tripartitæ, cap.16.* Tertullianus quoque, *lib. de præſcriptio. contra hæretic.* eam ſedem primá dixit, & ſucceſſiſſe beato Petro, eamq; pręcipuam & ad quam ſolummodo in dubiis fidei eſſet recurrendum. Victor epiſcopus Vticenſis, *lib.2. perſecutionis Aphricæ,* eccleſiarum dixit caput: Cyprianus, *lib.1. epiſtolar. Epiſt.3.* Petri cathedram, eccleſiam principalem, vnde vnitas ſacerdotalis orta ſit. Exſtat & in conſtitutionibus iuris Orientalis a Michaele Palæologo editis, *in 1. lib. iuris Orientalis, in penult. conſtitutione, quæ Michaelis Palæologi eſt.* conuentio per legatos Orientalis eccleſiæ miſſos, ad Romanum ſummum Pontificem de ſarcienda eccleſiæ Orientalis cum Occidentali concordia, qua inter alia capitula continetur. Primum, vt in ſacrorum voluminibus, hymnodiiſque, Papæ cum quatuor aliis Patriarchis mentio fieret. Secundo, vt liceret cuiuis Romam veterem, quæ curia maior & perfectior eſſet, appellare. Tertio, vt illi principatus in omnibus deferretur. Et rurſum inſtitutum fuiſſe primum gradum, & ſucceſſionem eccleſiaſticæ præeminentiæ a beato Petro tradit Tertullianus. *lib.4. epiſtol. epiſt.2.* Idipſum leges apud Abdiam Babylonicum, *1. hiſtor. Apoſtolic.* Nicephorum Calixtum, *lib.2. cap.35.* Eugenium, *lib.2. cap.13.* Egeſippum, *libr.3. cap.3.* Epiphanium, *tomo 2. l.1. contra hæreſes, hæreſi 27.*
5 ¶ Quamobrem, † Pontificatus ipſe beneficium dicitur, *c.1. de maledi. ca. cleros, 21. diſtinct.* idque maius, excellentiuſque, *ca. ſacroſancta, 22. diſtinct.* in quo ſit poteſtatis plenitudo diſpenſandi, potiſſimum in beneficiorum collationibus. *ca. propoſuit, de conceſ. præbend. c. illa, de elect. apud Greg. Clement. paſtoralis. §. fin. de ſententia & re iudica.* Qui in eo præficitur, omnia iudicat, & a nullo ipſe iudicatur, nec quidem ab ipſis regibus & Imperatoribus, *c. nemo, cap. aliorum c. facta ſubditorum, & can. cuncta per mundum, 9. q.3.* vt neque ſynodicis conſtitutionibus poteſtas eius videatur coarctari, imo ſemper excepta, *can. ſignificaſti reges, de electio. apud Grego.* vt potius ſedi Apoſtolicæ credatur, quam totus mundi aduerſanti opinioni. *c. hæc eſt fides, 14. q.1. ex D. Hieronymo ad Damaſum.* Sine huius ſum. Pontif. voluntate, nec cogi debent, vel poſſunt legitime œcumenica *can. nec licuit, can. ſynodum, c. nullus, ca. concilia, 17. diſtinct.* concilia: nec eorum decreta, niſi eodẽ iubente, vbique terrarum ſeruari poſſant. Sicuti prouincialia, niſi volente proprio epiſcopo vel archiepiſcopo, in prouincia ſeruari vel ſanciri nequeunt. *c.1. & c. quandoquidem, 18. diſt. c. habeatur, & c. quinq; ſynod. eadem, diſt. num. autem Papa ſit ſupra concilium, vide Duarenum de benef. lib.3. cap.2. §.1. de colla. in pragm. ſanc.*
6 ¶ Et † ſi bene ad amuſſim concilii vniuerſalis ſubſtantia perpendatur, conſtabit etiam pertinacibus, illud non poſſe imperari aut congregari *c. diligenti, de foro compet. contra l. ſi quis in conſcribendo, C. de epiſco. & cleric.* ab alio, quam a ſummo Pontifice, non a rege aut ab Imperatore: Etenim concilia eccleſiaſtica non non poſſunt niſi per perſonas eccleſiaſticas iniri vel decerni. Epiſcopi porro vel ſacri patres nollent conuenire, neque poſſent, iubente Imperatore vel rege: cum, quod reges vel Imperatores in clericos imperium non habent, eccleſiaſticoſve antiſtites: tum etiam, quod hodie nullus ſit Imperator, nec vnquam fuit ab inſtituta eccleſia, cui per vniuerſum orbem omnes æque obtemperauerint. Imperant namque ſine Cæſare, & ſpreto eius iuſſu in ſuos ſubditos, veluti monarchæ, reges Galliarum, Hiſpaniæ, Portugaliæ, Angliæ: & in Oriente alii Imperatores & reges, qui Romanorum Cæſarum contemtis legibus, ſuis viuunt. Quamobrẽ eius ſubditi antiſtites, quod Romanus vel alius princeps iuberet facile contemnerent, nec vnquam in vnum locũ cogi poſſent. Et rurſum, ſi conueniſſent, nec decreta eorum poſtea vbique eorum auctoritate ſeruarentur, vel reciperentur, etſi ius eſſet principibus ſtatuendi de his, quæ religionis ſunt. Quare neceſſarium ſuit vnum eſſe & ſolum pręſulem, ad quem ſumma totius religionis, & poteſtas vniuerſa in ſacra referretur, cui omnes Chriſtiani obtemperent, cuius iuſſu antiſtites ſacri diuerſorum regnorum veniant, conueniant, decernant, & decreta apud ſe ſeruari faciant, vt ab illo approbata, qui imperandi ratione earum rerum quæ ſalutem animæ & fidem reſpiciunt, habeat poteſtatem. Sic enim & apud patres antiquos legis Moſaicæ ſtatutum erat a Deo, *Deutero. c.17. c. per venerabilem, qui filii ſint legit. c. abſit, 11. q.3.* vt qui ſuperbiſſet nolens obedire ſacerdotis ſummi Imperio, qui eo tempore miniſtraret domino Deo, ex iudicis decreto moreretur, & auferretur malum de Iſrael. Cuius legis tranſlatio facta in Chriſtianam eccleſiam, quia tranſlatum in eandem eſt ſacerdotium, *c. translato, de conſtitutio. ad Galat. c.4.* perfectiuſque in ea eſt, quo perfectior veritas eſt, quę in Chriſtiano ſacerdotio tractatur, vmbra, quæ erat in lege antiqua. ¶ Schiſma † in poteſtate Pontifica 7
li, & nunc quemadmodum in antiqua lege, abominabile & horrendum eſt: cui vltimum imminet ſupplicium, *c. denique, 7. qu.1.* exemplo Chore, Dathani & Abironis. *Num. c.19.* Symbolum huius erat in præcepto, ne ſummus Pontifex veſtem ſuam ſcinderet. *Leuit. cap.10.* Et veſtis illa inconſutilis domini noſtri Ieſu Chriſti deſuper contexta per totum, quæ etiam manſit integra inter milites & carnifices, vt ſcriptura Dei impleretur. *Diui Ioan.*
*euangel. c.19. & D. Matth. 18. & D. Marc. c.15.* ¶ Multo † magis 8
& inter Chriſtianos, potiſſimum inter alios minores Pontifices, qui creati, & auctoritate donati ab eo ſummo Pontifice, non a regibus vel Cæſaribus ſunt: quanquam aliquando per illos, ad prælaturas & dignitates nominentur. Quæ nominatio & ſummo Pontifici, vt ſoli qui auctoritatem habet ordinãdi, fit: Non ſecus, quam apud ethnicos quoque Pontificibus ius erat in flamines ſacerdoteſque ſtatuendi & deſtituendi, ſi quid contemtu vel negligentia religionis admiſiſſent, & animaduertẽdi in veſtales ſegnes in conſeruando igne perpetuo, vel in delinquentes *Valer. Maxi. lib.1. c.1. Iulius obſequens, lib. de prodig. Liuius dec.1. lib.2.4.8. Dionyſ. Halycar. lib.8. & 9. Plinius lib.2. epiſtola. Oroſ. lib.23. c.4.* Neque certe æquum eſt, aut erit monſtro ſimile, a capite membra diſcedere, *c. cum non liceat, de præſcri. ap. Greg.* ſunt autẽ inferiores præſules ſummi membra, in partem ſolicitudinis eius, non in plenitudinem poteſtatis vocati. *c. mandata, eo. ti. de præſcr. c. ad honorem, de auctor. & vſu pallii.* ¶ Nec † minus principes ſeculi, aliique ex 9
populo Chriſtiani cuiuſcunque ſint imperii, huic capiti inſeruire debent: & ideo & quæ fidei ſunt illis recte imperari a ſummo Pontifice poſſunt. Sicut & inter gentiles, ille illorum ſuperſtitionis primus & ſummus antiſtes, conſules ipſos qui imperium tractabant, in prouincias ſortitas ire vetabat, *Cornel. Taci. in 3.* Et ideo gentium reges, ne pontificibus ſacrorum ſubiicerentur in omnibus, & ipſi curam gerebant ſacrorum & ceremoniarum, auctore Ariſtotele, *3. Polit. cap.10.* Et Seruius in illum verſum Virgilii,

*Rex Anius, rex idem hominum Phœbiq; ſacerdos. Seruius in verſ. 84. lib.3. Æneid. Virg.*

Vt & neceſſariũ fuerit ſublatis de medio Romanorũ regibus, regem ſacrificulũ creare, qui in ſacris regis ſolitas ageret partes. *Pop. Lat. de ſacer.* ¶ Ea † quoq; ratione monuimus gẽtiles Cæſares in- 10
auguratos omnib. ſacerdotiis, vt q̃ religionis eſſent, tractarẽt nullo vetante. *Dio Caſſ. li.50.* Vnde ſibi hunc titulũ Pontificis ſummi inter pcipuos vſurpant, vt conſtat ex inſcriptionib. titulorũ, Auguſti, Veſpaſiani, Traiani, Septimii Seueri, & aliorũ. Meminit & Lamprid. Alexandrum Seuerum Chriſtianos paſſum, & tantum detuliſſe põtificibus, & quindecimuiris, atq; augurib. vt quaſdam

11 cauſas ſacrorum a ſe finitas, iterari, & aliter diſtinguere patere-
tur. *Ælius Lampridius, in Alexan Seuero.* ❡ Ex † quibus aperte
docetur eos falli, qui communicantur a tempore tantum Eucha-
riſti, *Euchariſtũ 5. ſediſſe teſtatur Irenæus, lib. 3 aduerſ. hæreſ. c. 3.* ſum.
Pontif. ſum. Pontificem Romanum, ſeu ſedem Apoſtolicam eſſe
caput eccleſiæ Catholicæ: nam antea Chriſtiani idem per or-
bem ſentiebant, quamuis non aperte, ob tyrannorum perſe-
quutiones, Traiani, Hadriani, & Neruæ, & anteriorum Nero-
nis, & Domitiani. Et ſi non diffiteamur Euchariſtum titulos vr-
bis Romæ presbyteris diuiſiſſe, & ſeptem diaconos inſtituiſſe,
qui veritatis gratia concionatorem obſeruarent. Atque vna
ſanciuiſſe ſacerdotes non eſſe affligendos a ſubditis, ſed valde co-
lendos, *Iſidor. tom 1. conſilior. Polydo. Virg. lib. 4 de inuentor. rer. c. 9.*
ſub anno domini 105. Falluntur quoque qui putant primum Pa-
pam, & ſummum Pontificem ordinatum Bonifacium *3.* per Pho-
cam, qui 61. Imperator factus eſt anno domini *605.* ſecundum
Gregorium, 11. *epiſtol. c. 1.* Nam Phocas quidem defendit electio-
nem Bonifacii 3. *vide Platinam in eius vita, & Sabellicum.* Verum
& ante Bonifacium tertium, & ante Phocam erant epiſcopi ſeu
Pontifices ſummi, vniuerſales, & Papæ dicti, vt ante docui. ❡ Ma-
12 gna † certe dignitas huius pontificatus ſummi, & idcirco virum
egregium, & præſtantiſſimum deſiderat, *can. officii,* 24 *q.* 1. & ſan-
ctiſſimum, qualem veſtimenta, & inſignia in veteri lege demon-
ſtrabant. Nam ei primum erant fœminalia, circa verenda, caſtita-
tis ſymbolum, 2. tunica linea, honeſtatis, puritatis, & innocentię:
3. balteus circa lumbos, indicium, quod ſuperflua reſtringenda
ſint: *4.* erat illi mithra in capite: 5. lamina aurea ſub fronte pen-
dens, in qua ſcriptum erat nomen tetragrammaton אדני ado-
nai: 6. ſuperhumerale aureum: 7. Rationale iudicii: *Ratio in can.
ſi Papa,* 40. *diſtin.* 8. tunica hiacynthina cum tintinnabulis aureis,
& malis punicis in fimbriis: Aderat & coccus, & byſſus, & purpura
bis tincta, & alia quæ Moſes deſcribit in Exodo cap. 28. quæ expli-
cant ibi ſacri interpretes. Ethnicis pontificibus & auguribus,
turrita erat gemmata, & regia corona, vt conſtat ex Lampridio,
*in Alexand.* & Herodiano, *lib 5.* dum agit de Baſſiani ornatu ſa-
cerdotali. Secundum Panormitanum, *in c. antiqua, nu. 4. de pri-
uileg.* Pontificis ſummi nunc inſignia ſunt: veſtis purpurata, equus
albus, frænum & calcaria aurea, quibus & vtitur eius legatus,
nempe quando legatione fungitur vltra mare, *Hoſtienſ. in d. c. an-
tiqua.* addantur & alia Pontificis inſignia, ſoli conceſſa, quæ &
myſtice quid ineſſe ei debeat, dignitatemve eius teſtantur. Do-
minus noſter Ieſus Chriſtus eccleſiæ conſtituit ſuæ vicarium pri-
mum, in ſanctitate præſtantem, in paupertate eximium, in humi-
13 litate maximum, in virtute ſupremum D. Petrum: non faſtu, ſed
ſimplicitate, pedibus nudis ambulantem. ❡ Illa † recens tunc
eccleſia, & tyrannorum vi oppreſſa, paupertate, & vitæ puritate,
ſpiritus Sancti virtute feliciter propagauit longe lateque fidei &
Chriſtiani nominis ſurculos, & vicit tandem impiorum crudeles
proprio ſanguine minas, & diſſeminato vbique verbo Dei, ſeda-
tiſque perſecutionum fluctibus: religio ſancta & immaculata pe-
perit diuitias: tamdiu tamen fides clara emicuit, quamdiu diuitiæ
non ſuffocauerunt matrem, & luxus immodicus nõ obſedit præ-
latos. Verendum autem nunc eſt, niſi ad primum eccleſia redeat
viuendi morem, & ad rerum humanarum contemtum, tot ad-
huc fluctibus apud nos agitandam iri, quot iam in Aſia & cum
prodiret in orbe iactata eſt, donec expurgata igne perſecutionis,
14 in ſuam reſtituatur puritatem. ❡ Ego † puſillus homo, nihil au-
ſim iudicare de veſtitu aurato & ſericato vel holoſerico & vario
cleri, minus de ſummi Pontificis, cardinalium, & epiſcoporum
apparatu: dicã tamen quod ſentio, omnem luxum, & pompam, &
magnificum ornatum eſſe ab omnibus Chriſtianis reſpuendum,
& maxime ab eccleſiaſticis: exceptis iis, quæ ad inſignia pertinent
dignitatis, & ad neceſſitatem officii, vel humanæ naturæ. Quem-
admodum ſub Gregorio 4. anno 830. Synodus interdixit eccle-
ſiarum miniſtris, & vniuerſo clero pretioſiores veſtes, aurum &
argentum, omneſq; corporis luxus. *Platina in Gregor. 4. Ioan. Trit.
in Chron. Gal. Pirrhus, in tit. de veſtibus Olobar. lib 11. C.*

15 ❡ Plures, † quam vnus Pontifices eſſe non poſſunt ſummi, v-
no & eodem tempore: & proinde ſi contingat plures eligi, ſchi-
ſma eſt. Vt olim factitatum, ſed non ſine iactura pacis Chriſtianę,
legimus: quale ingẽs inter Italos & Gallos ob duos creatos Pon-
tifices, Vrbanum ſextum Neapolitanum creatum ab Italis circa
annum domini 1376. *Blond.* 10. *Decad.* 2. & Clementem 7. crea-
tum Papam a Gallis, *Gagui. lib. 9.* q̃ durauit ann. *39.* ad Martini 5.
electionem, qui depoſitis Ioanne 23. Gregorio 12. & Benedi-
cto 13. Conſtantiæ in Pontificem electus eſt, per ſynodum Con-
ſtantienſem anni 1413. *tom 2. Concilior. in Conſtantienſ. concil. ſeſſio.
41. de hoc ſchiſmate vide hiſtoriam Theodorici de Niem.* Fuit pri-
mum & exitiale ſchiſma Nouati, contra Corneliũ ſum. Pontificẽ
Liberii & Felicis, Vrſicini, contra Damaſum: Eulalii, contra Bo-
nifacium primum: Laurentii, contra Symmachum: Dioſcori,
contra Sozimum *2.* ❡ Debet † eligi ex conſilio Stephani Papæ, 16
*c. 1. 2. 3. diſt.* 79. & ex decreto Nicolai Papæ in ſummum Pontifi-
cem, ex cardinalium gremio, ſi inueniatur idoneus, aut ſi non ſit,
aliunde. *can. in nomine domini,* 23. *diſtinct.* Sicuti in omnibus aliis
electionibus prælatorum ſtatutum, vt de gremio & collegio cle-
ricorum eligentium, primum ſi idonei ſint, eligantur: ſin minus,
ab alia eccleſia. *can. nullus, c. obitũ, 61. diſt. ca. Metropolitano, 63. diſt.
ca. quã ſi,* 18 *q.* 2. *ca. licet,* 8. *q 1 de alia eccleſia valet electio etiã, c. cum
nobis, c. inter, c. in cauſſis, de elect. ap. Greg.* ❡ A quibus † autẽ eligatur 17
ſummus Pontifex, quæſtio temporum habet diſtinctionem. Et
ſacroſancta Romana & Apoſtolica eccleſia, nõ ab Apoſtolis pri-
mum, ſed ab ipſo domino & ſaluatore noſtro primatum obti-
nuit, *c. ſacroſancta,* 32. *diſt. can. ita dominus, 9. diſt.* nam beato Pe-
tro Apoſtolo dixit: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo ec-
cleſiam meam, &c. D. Matth. cap. 16.* Subinde D. Petrus ſibi in ſe-
de delegit ſucceſſorem Clementem, *c. ſi Petrus, & c. vnde ipſe Cle-
mens,* 8 *q.* 1. *Clemens epiſtola ad Iacobum fratrem domini, Euſeb.* 3.
*c.* 11. *Tom* 1. *Concilior. in Clemente.* quamquam is immediate D. Pe-
tro in ſede non ſucceſſerit, & ipſo volente ante illum eandem te-
nuerint Linus, Cletus ſeu Anacletus. *Irenæus lib. 3. c. 3.*

❡ Eo † quod viuente adhuc D. Petro, Linus & Cletus adiuto- 18
res adſciti ſunt in adminiſtrationem bonorum externorum, qua-
lem diacones habebant, & nunc camerarii Papæ. *can. ſi Petrus,
iuncta gl. pen.* 8. *q.* 1. Fuitque Clemens ſecundum electionem ſe-
cundus, ſed in adminiſtratione quartus ſummus Pontifex. Dein-
ceps quia exemplo pernitioſum viſum eſt, vt quis deligeret ſibi e-
piſcopum ſucceſſorem, *in concil. Antiocheno, in can. epiſcopo, non
liceat pro ſe, & concilio Martini Papæ, c. epiſcopo non liceat ante* 8. *q.*
1. *c.* 1. *de conceſſ. præb.* & quæ Dei ſunt, ab hominibus dari, *d. can. e-
piſcopo non liceat ante,* 8. *q.* 1. *c. remoto,* 7. *q.* 1. *c. in canonib.* 10 *q.* 1. *ca.
conuenior,* 23. *q.* 8. alia formula eligendi ſummum Pontificem
comprobata eſt, & a ſolis eccleſiaſticis delectus.

❡ Eccleſia † poſtea pacem adepta, interfuit populus, & ſecuta 19
Imperatorum comprobatio, ſeu auctoratio, *Polydo. Virgil. lib.* 4.
*de inuentor. rer. ca* 10. *can. epiſcopos, & can. principali,* 63. *diſtinct.*
omiſſa Imperatoris comprobatio in electione Pelagii, *Platina in
vita Pelagii,* & Gregorii primi, *Platina in Greg.* 1. Benedictus 2.
ſummus Pont. ſtatuit in poſterum deligi ſummos Pontifices per
clerum & populum Romanum, ſine conſenſu Imperatoris, *Po-
lydor. Virgil. lib. 4. de inuent. rerum, c.* 10. *Platina in Benedicto* 2. *&
Volater.* prohibitum dehinc laicis, ne ſe immiſcerent Pontificum
electioni, ab Adriano S. P. & in 8. Synodo, *c. nullus, c. Adrianus,*
63. *diſtinct.* neve conſenſus Imperatoris adhiberetur, & ne electio
ab Imperatoribus facta rata eſſet, cautum eſt, *can. Valentinianus,
& can. ſequentib.* 63. *diſtinct.* quamuis placuerit aliquando & ple-
bem electioni adeſſe. *c. plebs,* 63. *diſtinct.* Sub Agathone ſummo
Pontifice Siculo, Imperatori dabatur certa pecunia pro ordina-
tione Pontificis, & ideo eius requirebatur auctoritas, *ca. Agatho,*
63. *diſt.* ſub an. dom. 680. Quia & Stephani Papæ exſtat decretũ, vt
præſentib. legatis Imperatoris ordinaretur ſum. Pontif. videlicet,
vt coërcerentur ſcandala, quæ ſolent in electione interuenire. *c.
quia ſancta Romana,* 63. *diſtinct.* Adrianus primus, qui adeptus
eſt ſedem Apoſtolicam anno domini 772. cum eius rogatu Ca-
rolus Magnus ad defendendas res eccleſiæ veniſſet, habita Syno-
do cum 153. patribus, electionem ſum. Pontif. Archiepiſcoporũ,
& epiſcoporũ, cum omnib. inueſtituris Carolo cõceſſit cũ digni-
tate Patriciatus. *c. Adrianus,* 63. *diſt. Sabell. Ennea.* 8. *lib.* 8 *& Sigi-
ber.* Ludouicus primus, Caroli Magni filius, ceſſit hoc ius electio-
nis in perpetuum Paſchali primo, *can. ego Ludouicus,* 63. *diſtinct.*
ſummo Pontifici qui ſedit anno 817. & ipſe ante a populo Roma-
no ſine conſenſu Imperatoris electus. *Platina in Paſchal. & Vo-
laterra.* Quare nec in electione Adriani 2. adhibiti fuerunt lega-
ti Cæſaris Ludouici 2. quamuis tunc in vrbe eſſent, anno dom.
869. & ſi quædam vſurpata conſuetudo ante obtinuiſſet, *can. in
Synodo,* 63. *diſtinct.* Henricus quintus Imperator, contendere de
principatu & de inueſtituris epiſcoporum, cum Paſchali 2. auſus,
excommunicatus, tandemque culpam deprecari coactus eſt, vt
eius temporis auctor conſignauit literis Gothfridus Viterbien-
ſis lib. 17. hiſtoriæ quæ Pantheon inſcribitur, in Henrico quinto,

Adrianus

Adrianus tertius, qui ſedit in pontificatu anno domini 886. pri-
mus ad populum retulit, ne in creando Pontifice conſenſus im-
peratoris, *Plati. in Adria. 3. & Sabell. exſpectaretur.* Verumtamen
Leo octauus ſummus Pontifex, qui ſedit circa ann. dom. 968.
Otthoni ſecundo Imperatori poteſtatem eligendi Pontificem
renouauit & confirmauit, certis ob id literis datis, quo tutius ſe
Imperii hoſtib. opponere poſſet. *Platina in Leone 8. Albert. Kran-
tius, lib. 4. ca. 10. & 11 & can. in ſynodo, 63. diſtinct.* Iurauit autem
antea Ottho Ioanni 12. anteceſſori fidelitatem, & nihil ſuo con-
ſilio conſenſuve, aut exhortatione perditurum, nullumque pla-
citum de rebus, quę ad illũ terramve ſancti Petri ſine conſilio ſuo
facturum. *can. tibi domino 63. diſtinct.*

20 ¶ Ex † his tandem variis conceſſionibus, & remiſſionibus, &
decretis, nihil præter ſeditiones crebras & ſchiſmata eccleſia ac-
cepit: donec Nicolaus ſecundus, Sabaudus, qui ſedit circa annum
1065. ex Concilii decreto, quod Mantuæ habitũ eſt, ſtatuit Pon-
tificem ſummum a ſolis Cardinalibus eligendum eſſe, cum præ-
cedente tractatu. *cano. in nomine domini, 23. diſtinct. Lanfranc. de
ſacramentis. Volaterra. Polydo. Virg. lib. 4. c. 10.* Alexander tertius
Senenſis rurſum circa annum 1165. ſtatuit addendo, vt diſſenti-
entibus inter ſe in electione Cardinalibus, valeat illius electio,
quem ex tribus partibus cardinalium duæ elegerint, *Alexand. 4.
in c. licet, de vitanda, c. 6. de election. apud Gregor.* excepta cauſſa ne-
ceſſitatis, in qua non exſpectantur duæ partes Cardinalium, imo
& aliquando huic ſolemnitati renuntiare poſſunt eligentes. *gloſſ.
in d. c. licet, in verbo, a duabus partibus, & ibi Goffred. & Ioan. Andr.*
Et ſi duæ partes conſentire non poſſunt, dicunt quidam brachio
ſeculari cogendos eſſe cõuenire, & ideo tãdiu in conclaui detine-
ri: vt Peruſii factam ferunt in electione Honorii tertii, item ele-
ctione Celeſtini & Innocentii 4. etſi ius repugnet in gl. ad verb.
nullatenus, d. c. licet. & hic etiã Alex. 3. Imperatori Friderico Bar-
baroſſæ, ſeu Anobarbo conſtanter reſtitit, & cum 15. antipapas
primo Victorem: 2. Paſchalem: 3. Calliſtum: 4. Innocentium e-
legiſſet, qui ordine ſe Alexandro oppoſuerunt, & magnos in ec-
cleſia tumultus concitarunt, *Platina in Alexand. 3. Alber. Krant.
lib. 6. cap. 16. Randeuni fri. lib. 4. cap. 72.* de omnibus vnus probatus
fuit, conciliis & ſynodis, neglecto etiam loco ab Imperatore prę-
ſcripto, habitis. *Randeuni. lib. 4. c. 71. & Saxogramma. lib. 14. Paul.
Æmil. lib. 5.* ſubinde ſub Gregorio decimo ſum. Pontif. anno do-
mini 1273. coacta eſt ſynodus Lugdunenſis 2. generalis in præ-
ſentia Michaëlis Palæologi Imperatoris, *Paul. Æmil. lib. 7.* in quo
inter alia capita & illud ſancitum quod ad electionem ſum. Pont.
pertinet. *Platina in Gregor. 10. quod ponitur late in c. vbi periculum,
c. 3. de electio. lib. 6. Decretal.* Primum, vt *ſi ſummus Pontifex in ci-
uitate moriatur, Cardinales qui inibi præſentes ſunt, teneantur ex-
ſpectare abſentes per decem dies tantummodo: quibus elapſis, ſiue ab-
ſentes venerint, ſiue non, omnes qui aderant conueniant in Palatio v-
bi habitabat præmortuus Pontifex, &c.* prout fuſe explicatur in cõ-
ſtitutione Gregorii decimi, *in dict. ca. vbi periculum, cum ſuis* §§.
quam interpretatur & confirmauit Clemens quintus propria
conſtitutione, *Clem. ne Romani, cum ſuis §§. de electio. ap. Clemen.*
in qua & ſecundum pręcedentem Gregorii decimi, aliæ ſolemni-
tates, quæ in Papæ electione & confirmatione requiruntur, de-
ſcribuntur. Pluribus etiam hoc ſummi Pontificis electionis ar-
gumentum tractauit ex profeſſo Ioannes de Brunello Doctor
Aureliacenſ. in repetitione c. licet de vitanda, de electio. ¶ Tantę
21 † autem efficaciæ ſolemnis hæc ſum. Pontif. electio eſt, vt ea per-
fecta, nihil regulariter obiici electo poſſit, *d. c. licet, de vitanda.* ni-
ſi aut quod ex forma facta non ſit, aut ꝙ electus hæreticus ſit, *c. ſi
Papa, 40. diſt.* & incorrigibilis, non aliter. *glo. in d. canone, ſi Papa,
in verbo a fide deuius, per can. aperte, can. ait, can. hæc eſt fides, 24. q.
1. c. dixit Apoſtolus, 2. q. 1.* Obiectum eſt Ioanni 12. ſummo Pon-
tif. in Concilio Romæ celebrato, in præſentia Otthonis, inter a-
lia, quod miſſam celebrarit, nec communicarit: quod in equo-
rum ſtabulo diaconos ordinarit: quod in ludo aleæ dæmonum
auxilia implorauerit: & alia. *Luithprandus, libr. 6. cap. 6. 7. 8. 9. 10.*
Decretum Mantuæ in Concilio latum ſub Nicolao Sabaudo,
contra ſummos Pontifices largitione creatos. *Polydor. Virgilius,
lib. 4. de inuentor. rer. c. 10.* Et defendit Bellemote, vt refert Car-
dinalis eius, qui per pecuniam aut gratiam humanam, aut datio-
ne officiorum, vel aliarum rerum eſt electus, electionem eſſe nul-
lam. *Card. in ca. in nomine, 23. diſt.*

22 ¶ Sed † & ſexus fœmineus impedit electionem ſortiri effe-
ctum, ſi in ſummum Pontificem eligatur fœmina: cum, quia cla-
ues regni cœlorum fœminis non ſunt commiſſæ vnquam a Deo,
*ca. noua, c. 10. de pœniten. & remiſſio. lib. 5. Decretal. titu. 36.* tum et-
iam, quod ob ſexus fragilitatem ſcandalum inferri poſſet eccle-
ſiæ, vt ferunt contigiſſe in ea, quæ Angliæ nata in Moguntia facta
ſummus Pontifex ſexum ementita, dicta eſt Ioannes 7. ¶ Poſt † 23
cuius mortem, dicunt cautum, iuxta aliquos, ne poſthac ſummus
Pontifex in pontificalem proueheretur cathedram, neve confir-
maretur, quin prius in ſella forata exſiſtẽs, eius virilia attrectarẽ-
tur. *Platina & Sabel.* Quamuis arbitrer ſummum Pontificem in
ſella humili & ſede conſtitui, vt moneatur, quo altior eſt ſedes e-
piſcopalis & dignitas, eo magis eum de ſe humiliter ſentire de-
bere, atq; ſimilem ſe eſſe ceteris hominibus recordetur, eiſdem-
que infirmæ naturæ ſubiici defectibus, & ſe Deum non eſſe.
¶ Sic † enim non ſuperbiendum eſſe admonetur, cum poſtea in 24
ſede Apoſtolica inthronizatur, vt dicunt & confirmatur: ante
tamen inthronizationem, & pontificalia gerere poteſt, ſi bella
vel aliæ cauſſæ impediant coronationem, & inthronizationem
& confirmationem. *can. in nomine domini, verſi. plane, 23. diſtinct.
c. licet de vitanda, de elect.* Obſeruat tamen vſus, vt ſummi Ponti-
fices electi, ante coronationem Phrygię mythræ, & confirmatio-
nem, in datis, vel reſcriptis vtantur ſubſcriptione, Datum anno
vel die 3. ſuſcepti a nobis Apoſtolatus officii. & tunc non ſigillãt
bulla integra, ſed ea quæ ex vno latere habet DD. Petri & Pauli
imagines in plumbo: ex altera vero, plana eſt. ¶ At † poſt coro- 25
nationem, ſcribunt, Datum anno Pontificatus noſtri, &c. & in-
tegra vtuntur bulla, cum imaginibus prædictis ex vna parte, &
cum nomine Pontificis ex alia. *tradit gloſſ. in c. finali, in verb. Pon-
tificatus, de regul. iur. in 6.* ¶ Finis † huius præcipuæ dignitatis, eſt 26
conſeruatio vnitatis fidei, de quo antea: & ideo quia maius peri-
culum in eligendo vnico & generali paſtore, cautius eſt agẽdum,
& ne ſchiſmata fiant præcauendum obnixe, & legitime dignus e-
ligatur, *d. c. vbi periculum, de elect. in 6. dict. c. licet, eod. titu. apud
Gregor.* qui poſſit onus hoc magnum paſtoris vniuerſalis exſequi,
& prudentia, quæ eius libero relinquuntur iudicio, ſyncere iudi-
care, illi ſoli reſeruata, & ſedi Apoſtolicæ. ¶ Qualia † ſunt depoſi- 27
tio epiſcoporum, *ca. dudum, 3. q. 6.* reſtitutio iniuſte depoſitorum,
*can. Ideo in 1. 2. q. 6.* exemtio eorundem a Metropolitani ſubie-
ctione, *can. frater, 16. q. 1.* datio pallii, *can. quoniam, 26. q. 1.* reſtitu-
tio clericorum, *can. conuenientibus, 1. quæſ. 7.* famæ reſtitutio, *cano.
conuenientibus, 2. q. 3.* congregatio conciliorum vniuerſalium, *d.
c. dudum, & c. Ideo, & tota 17. diſtinct.* interpretatio canonum &
ſuorum reſcriptorum. *c. 1. de confirm. vtili vel inuti.* Sunt & 30. ca-
ſus, in quibus excommunicationis abſolutio, ſummi Pontificis
ſolius poteſtatem deſiderat, quos fuſe pertractat Angelus Claua-
ſius *in Summa, in verbo, excommunica. 5.* Sunt & alii in quibus ſo-
lus ſum. Pontif. poteſt gratiam facere & rigorem iuris temperare,
ſeu diſpenſare, quos idem Clauaſius collegit, *in verbo, diſpenſatio,
& in verbo irregularitas.* idque cum cauſſæ cognitione, *can. requi-
ritis, §. pro tempore. 1. quæſt. 7.* Pertinet & ad eum notio de fidei ra-
tione, *can. pro remedio, ead. 1. q. 7.* & aliæ grauiores quæſtiones, *c. 1.
de iuramento cal. lib. 2. Decretal. tit. 7. c. vt debitus honor. c. 59. §. fin.
de appellat. lib. 2. Decretal. tit. 28.* & reſeruatã iure ſpeciali, quæ ver-
ſibus comprehenduntur iſtis.

*Reſtituit Papa ſolus, deponit & ipſe,*
*Articulos ſoluit, ſynodumq; facit generalem.*
*Transfert & mutat, appellat nullus ab illo,*
*Diuidit ac vnit, eximit atq; probat.*

Quos refert & explicat glo. in c. quod tranſlationem, de officio
lega. lib. 1. Decret. Gregorii titu. 30.

## De Cardinalibus. Cap. 4.

1 *Cardinales vnde dicti.*
2 *De Cardinalibus quare potius, quam de Patriarchis.*
*Cardinales pars corporis, ſenatores fratres, coadiutores ſum. Pon-
tif. filii primi gradus.*
• *Senatus eccleſiæ vniuerſalis cardinalium, eod.*
3 *Cardinalium inſignia dum legatione funguntur.*
4 *Cardinalium dignitas quando orta, & quando prælata epiſcopis.*
5 *Cardinalium titulorum differentia, diaconorum, presbyterorum,
& epiſcoporum ordo & dignitas.*
6 *Decanus inter Cardinales quis.*
7 *Cardinalium tituli habent epiſcopalem iuriſdictionem.*
8 *Cardinalium tituli aliqui enumerati.*
9 *Cardinalium numerus quantus eſſe debeat.*
10 *Pontanus ſum. Pontifex quo anno ſedit.*
11 *Innocentius 4. ſum. Pontif. quo anno ſedit.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

12 *Cardinales quo tempore ita nominari cœperunt.*
13 *Cardinalium deligendorum formula, & qui, & a quibus deligantur.*
14 *Cardinalatus num maior Patriarchatu.*
15 *Cardinalium, & ſummi Pontif. conſiſtorium, & quæ ibi tractantur notiones.*
*Conſiſtorium Papæ quid, & de quibus iudicet.*
*Conſiſtorialia beneficia quæ.*
*Protectores & patroni conſiſtoriales qui dicantur, & munus eorum.*
16 *Cardinales ſede ſum. Pontif. vacante, interim rempubl. Chriſti regunt.*
17 *Legati ex Cardinalibus plerumq́;, & quot eorum ſpecies.*

1 CArdinales dictos † eſſe annotatum eſt, *glo. in c. exſecrabilis, de*
*præbend. in extrauag. com. in verb. cardinalibus.* quod inſeruiãt
ſedi Apoſtolicæ, quę axis, & veluti cardo aliarum eccleſiarum eſt.
*c. ſacroſancta. 22. diſtinct.* Aptius tamen dicemus adiectiue Cardi-
nales videlicet perſonas, ad quas, quod ſint ex ſum. Pont. Senatu,
ad quem ſumma negotiorum omnium Chriſtianorum defertur.
Et ſicut cardinem vocamus negotii, ſummam rei quæſtionem,
*Syluius in primum lib. Æneid. Virg. in illa verba, haud tanto ceſſabit*
*cardine rer.* ita Cardinales, ſacerdotes præcipuos & principales.
*c. 2. de offic. archipresbyter. lib. 1. Decret. tit. 24. & ibi gloſſ.*
2 ¶ Cardinales † itaque priorem ante Patriarchas habent ordi-
ne tractationem: quia & illi pars corporis Papæ dicti ſunt, *ca. quiſ-*
*quis, 6. q. 1. cle. felicis, de pœnit.* vt ſenatores principis, pars corpo-
ris quoque eius. *l. quiſquis, ad leg. Iul. maieſt.* Item fratres, *c. per ve-*
*nerabilem, verſic. rationibus igitur, qui filii ſint legit. c. fundamenta,*
*§. decet. de elect. in Sex. can. Conſtantinus, 91. diſtinct.* & coadiutores
eius, cum quibus ipſe totum orbem iudicat. *Panorm. in c. eccleſia*
*veſtra, 2. cap. de elect. & in ca. ex geſtis, in gloſ. de clericis, non reſident.*
Habetq́; ita eccleſia primo ſuum Senatum epiſcoporum, & Car-
dinalium, *c. eccleſia, 16. q. 1.* ex quo veluti ex corpore, ſummo Pon-
tif. mortuo, alius deligendus eſt. *can. oportet, & can. ſeq. 79. diſtinc.*
Proinde & illi maximæ erunt dignitatis, vtpote quos labor aſſi-
duus, & lateris principalis comitatus illuſtrat. *in l. 1. de præpoſit. la-*
*bor. lib. 12. C.* Et ſicut Papa vnus eccleſiæ ſponſus dicitur, ſic Car-
dinales filii primi gradus dicuntur, ex ſententia Ioannis Andreæ,
3 & Imolæ. *in c. ſacris, de pœn. in Sex.* ¶ Et † vtuntur inſignibus A-
poſtolicæ dignitatis, dum legatione funguntur, ex Concilii gene-
4 ralis ſtatuto. *c. antiqua, de priuileg.* ¶ Obſeruandum † tamen eſt,
Cardinalium dignitatem non eandem antiquitus cum hodierna
fuiſſe. Nam in collegio quidem Apoſtolorum, D. Petro in conſi-
lium erant Apoſtoli, quamdiu vna fuerunt: poſtea & alii in conſi-
lium per illum, & ſucceſſores admiſſi. Fuerunt & aliquando ſum-
morum Pontificum conſillarii & Cardinales inferiores ordine &
dignitate epiſcopis, vſque ad tempora Clementis 5. & Ioannis 22.
Atque poſt ſummum Pontificem, ante diaconos, cardinales, epi-
ſcopi ſubſcribebant, & gradu deprimi videbantur epiſcopi, qui
fiebant Cardinales, vſque ad Bonifacii 8. tempora, vt ſcribit Io-
annes Andreas, *in c. cum aliquibus, de reſcript. in Sex. & in c. cum*
*Apoſtolus, de cenſibus.* & Ludouicus Gomes *in prooemio commen-*
*tar. ad regul. Cancella.* Oportebat enim epiſcopos, qui ad cardina-
latum vocabantur eiurare epiſcopatum, propter ſacerdotiorum
vetitam cumulationem, quæ nec illis conceſſa erat, donec per-
miſſum fuit epiſcopatum cum cardinalatus retinere titulo, id eſt,
cum beneficio dignitati cardinalatus annexo, ex quo titulum ſeu
nomen Cardinalis quis adipiſcitur.
5 ¶ Tituli † autem Cardinalium, in triplici differentia ſunt: nam
alii dicuntur Cardinales diaconi, alii Cardinales presbyteri, alii
Cardinales epiſcopi, habita ratione titulorum, ſeu beneficiorum,
quibus cardinales tantum inſigniuntur. Sic enim tituli diacona-
les, presbyterales, & epiſcopales (neque enim loquor hic de aliis
epiſcopatibus, qui cõtingere poſſunt cardinalibus presbyteris a-
liunde, quam ratione dignitatis cardinalatus, ex quibus vt præ-
poſiti alii quilibet, poſſunt dici epiſcopi cardinales. *can. relatio. 21.*
*q. 1. c. ſacroſancta, 22. diſtinct. c. paſtoralis, 7. quæſt. 1.*) Inter Cardi-
nales, poſtremum & nouiſſimum tenent ordinẽ Cardinales dia-
6 coni: medium presbyteri: ſupremum epiſcopi. ¶ Inter † diaco-
nos antiquior receptione decanus diaconorum dicitur: vt inter
presbyteros, qui prior in eum ordinem cooptatus eſt, decanus
presbyterorũ: at qui ſenior cooptatione eſt inter epiſcopos Car-
dinales, decanus collegii dicitur. *vide Hoſtienſem, in ca. 2. de offic.*
*archipresbyter. & in Summa eius tit. gl. in §. 1. de numero & qualitat.*
*Cardina. in pragma. ſanctio.* ¶ Singuli † Cardinales in ſuis titulis ſi-
bi decretis iuriſdictionem habent pene epiſcopalem: quia & ti- 7
tuli illi comparantur eccleſiis ſeu parochiis epiſcoporum. *ca. his*
*quæ pro eccleſia, de maiorita. & obedient, c. ex geſtis, de cleric. non re-*
*ſidentib.* Et per hos titulos cardinalatus dignitatis fit ſectio & di-
ſtinctio. ¶ Sic † Cardinales epiſcopi dicti, Hoſtienſis, Velitrenſis, 8
Portuenſis & S. Ruffinę, Sabinienſis, Tuſculanenſis, Prænestinẽ-
ſis, Albanenſis. Tituli presbyterorum cardinalium Sanctæ Cru-
cis in Hieruſalem, ſanctorum Marcellini & Petri, quatuor coro-
natorum, Ioannis & Pauli, S. Anaſtaſię, &c. Tituli & eccleſiæ dia-
conorum, vt S. Luciæ in Septiſoliis, S. Mariæ in Aquiro, S. Theo-
dori, S. Mariæ in Coſmedin, &c. De quorum titulorum inſtitu-
tione, numero & inſignibus, nihil amplius adiũgam, quod de his
late pertractauerit Onuphrius Pannuinus Veronenſis, libro de
Epiſcopatibus, & Damaſius Bibliothecarius libro Cameræ Apo-
ſtolicæ: exſtat & vulgaris liber inde ſumtus, qui Prouinciale o-
mnium cathedralium vniuerſi orbis eccleſiarum inſcribitur, vbi
tituli referuntur. *vide & Speculatorem, in titu. de legato, §. ſequitur,*
*Iacob. Aluaro. & Præpoſitum, in c. 1. in feud. epiſco. vel Abba. Chaſſan.*
*in Catalogo glor. mund. 4. part. conſiderat. 10.* ¶ Monebo † ta- 9
men, titulos cardinalium fuiſſe aliquando plures, aliquando pau-
ciores, eo quod & numerus cardinalium definitus non eſt:
Nam ſummi Pontificis arbitrio, a quo fiunt, vel augetur, vel mi-
nuitur. Ideoque nec immorabor in quæſtione, num Septuaginta
tantum eſſe debeant: diſcipuli quia tot fuerint domini, *c. ſeptua-*
*ginta, 16. diſt. can. in nouo, 21. diſt. D. Matthæi c. 9.* tot linguæ & na-
tiones, ex quibus plures cõfugiunt ad ſedem Apoſtolicam, quem-
admodum voluerunt Alberi. *de Roſat. in rubr. de ſta. hom.* Cardin.
Zabarella *in Clem. 2. in §. irritum, in 6. q. de electio.* & Martin. Lau-
denſis *in tract. de cardinalib.* an vero plures vel pauciores. Scio ta-
men cõſtitutum in concilio Baſilienſi, *in §. ſtatuit, de numero car-*
*dinali. in pragma. ſanctio.* eſſe debere moderatum cardinalium nu-
merum. Cuius interpres, *gloſſ. in d. §. ſtatuit, in verbo moderatum.*
refert, tempore ſum. Pontif. Pontiani, Cardinales fuiſſe numero
*236.* ¶ Quod † tamen falſum auguror, ex eo quod Euſebius an- 10
notat, *lib. 6. cap. 22.* Pontianum ſum. Pontificatus ſedem adeptum
anno domini 235. quo tempore nomen Cardinalium non erat
in vſu, quod cœpit vſurpari, ſi credamus Volaterrano, *in Anthro-*
*pologia,* ſub Benedicto 9. ſum. Pontif. circa annum dom. 1031.
¶ Vt † & poſtea Innoc. 4. circa annum domini 1250. galerum ro- 11
ſeum Cardinalibus, & vt equo veherentur per vrbem conceſſit.
*Volaterran. vbi ſupra, & Polydor. Virg. lib. 4. de Inuentori. rer. cap. 9.*
¶ Arbitror † tamen Volaterranum nõ obſeruaſſe ante Benedict. 12
9. Cardinales fuiſſe dictos temporibus Conſtantini 8. & 9. CC.
Orientis, & ſub Ludouico 4. Imper. Occidentis, & Henrico 1. Sa-
xone, Otthone Magno, & Ioanne 11. ſum. Pontific. circa annum
930. Etenim Luithprandus Ticinenſis, *lib. 6. de rebus per Europ.*
*geſtis,* qui eo tempore vixit, meminit de Synodo contra Ioann. 11.
celebrata. Et nominat Cardinales diaconos, Cardinales presbyte-
ros, & Cardinales Pontifices, qui erãt ſub Otthone Magno. Hos
etiam fuiſſe tempore Sylueſtri, ex Synodo generali ſub eo habita,
conſtat, cuius meminit ius Pontificium. *c. præſul, 2. q. 5.* ¶ Forma
† qua eligendus ſit Cardinalis, in ſynodo Baſilienſi præſcripta, §. 13
*fin. de numero & qualit. Cardinal. in pragm. ſanct.* vt fiat ſcrutinio &
conſenſu cardinalium de viro probo, moribus bonis inſignito,
iuſtis natalib. orto, id eſt, legitimo, Licentiato aut Doctore, ætatis
30. annorum, qui nõ ſit nepos ex fratre vel ſorore ſum. Pontif. vel
Cardinalium. Neſcio tamen num hodie arbitrio Pontificis ſum.
fiant Cardinales. ¶ Ceterum † num cardinalatus dignitas maior 14
Patriarchatu ſit, in quæſtionem verſum eſt. Atq́; ordinarius con-
cilii Baſilenſis interpres, cardinalatum præponit patriarchatui. *gl.*
*in § quod ſi quis, de coll. in pragm. ſanct.* Ego tamen iuris Pontificii
cẽſurę, vt mihi videtur, expreſſę, & indubitatæ, adhæreo: qua poſt
ſedem Apoſtolicam patriarchales ſedes in gradu proximo digni-
tatis enumerantur, *c. pen. & fin. c. omnes, & can. ſacroſancta, 22. diſt.*
*c. antiqua, de priuileg.* nulla mentione facta cardinalium. Cuius
ſententiæ arbitror eſſe Panormitanum, *in d. c. antiqua,* qui in ſuas
partes vocat Hoſtienſem aſſerẽtem cardinalem, Hoſtienſem ha-
bere ex priuilegio eccleſiæ Hoſtienſis, eo quod Papam coronet,
& vngat Imperatorem, vt præcedat omnes Patriarchas: & imme-
diate poſt ſum. Pontif. ſedeat. Hoc tamen non inuenio in Conci-
lio generali exceptum, *in d. c. antiqua.* quo ſedes ſecunda data eſt
patriarchis: neque inibi etiam ſcriptum, huic deciſioni Hoſtien-
ſem Cardinalẽ ſe obieciſſe, vel interpoſuiſſe, vt potius mihi con-
ſenſiſſe videatur. *Nicena, 31. diſtinct. l. ſi remunerandi, §. 2. manda.*
¶ Quia

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

15 ¶ Quia † autem hic ſacer cardinalium cœtus, Concilii cauſſa &
Senatus loco ſummo Pontifici inſeruit, Cardinales olim apud
ſummum Pontificem bis in hebdomada conueniebant: noſtra
vero ætate cum negotia apud illum decreſcant, ſemel tantum.
Vocatur eorum conuentus conſiſtorium. Inibi proponuntur &
deciduntur controuerſiæ electorum ad epiſcopales, archiepiſco-
pales, Metropolitanas, Patriarchaleſque eccleſias: Atque diſcuti-
tur, Vbi eccleſia vacet, & ad quem electio pertineat, num ad ca-
pitulum, ciuitatem, prouinciam, regem, vel alios. Eligũtur etiam
per illud conſiſtoriũ præpoſiti ad eccleſias monaſteriaq;, quæ ex
ſolita conſuetudine ſedi Apoſtolicæ reſeruantur: quare & illa be-
neficia conſiſtorialia dicuntur. In hoc conſiſtorio & Senatu, vna-
quæque prouincia, ſingulaque regularum ſodalitia, habent ſuos
patres ſeu patronos tutelares, quos protectores vocant, quorum
munus eſt electiones & alias prouinciæ ſibi addictæ cauſſas in ſa-
cro Senatu proponere, oppoſitoribus reſpondere. In hoc dein-
ceps, quę ad cultum diuinum, ad fidem Chriſtianam, religionem,
& ad pacem Chriſtiani gregis, & ad conſeruationem temporalis
16 patrimonii eccleſiæ Romanę pertinent, tractãtur. ¶ Cum † ſum-
mi Pontificatus ſedes vacat, in interregno ſacroſanctum cardina-
lium collegium rempubl. Chriſtianam regit, rerumq; difficultati
conſulit, donec alius ab eis Pontifex creatus fuerit. *vide de his O-
ctauianum Veſtrium, lib.1. Introductionis in Romanæ aulæ actionem
& iudiciorum mores, c.1. & ibi Nicolaum Antonium Granatium.*
17 ¶ Ex † cardinalibus vt plerumque legati, qui ideo dicuntur *legati
a latere*, ſcilicet ſum. Pontificis. Sunt enim tres ſpecies legatorum
ſum. Pontificis, qui fiduciariam & vicariam pro eo operam præ-
bent: id enim legati nomen ſignificat, *Iul. Cæſar, 2. de bel. Gallic. l.
vicarius, de legatio. P.* alii namque legati nati dicti ſunt, id eſt, eo i-
pſo legati dicti, quod nacti ſint aliquam dignitatem, cui adiuncta
eſt legatio, qualis in Anglia eſt Archiepiſcopus Cantuarienſis. *c.
1. de offic. legat.* Alii dicti legati miſſi: alii legati de latere, cardinales
videlicet miſſi, ad prouincias regendas, *de tribus iſtis ſpeciebus, in
c.1. de offic. lega. in Sexto. & in c. volentes, & ſeq eod. tit. ap. Greg.* qui
nec iudicium exercere poſſunt alibi, quã in Archiepiſcopatibus,
vel aliis locis inſignioribus, tum ob honorem ſedis Apoſtolicæ,
cuius gerunt vices, tum vt copia peritorum ſit illis pro Conci-
lio. *c. ſtatutum, de reſcript. in 6.* Legatorum horum poteſtas in pro-
uincia commiſſa, recipit ex diplomate legationis legem, quæ ma-
ior interdum, interdum minor eſt. Et in Gallia, nunquam in præ-
iudicium iuris Gallici admittitur, *Placuit ita curiæ ſupremæ Pari-
ſiorum coactis in vnum ſenatorum decuriis 5. Septemb. 1519.* neque
poteſtas permittitur niſi a die, quo diplomata legationis publica-
ta & actis curiæ ſupremæ Pariſiorum deſcripta fuerint. *ſic placuit
curiæ ſupremæ Pariſiorum. 10. Martii 1547.* Priuilegia legatorum
ſedis Apoſtolicæ tradit Ioan. de Selua, tractatu de benef. 2. p. q. 3.

## De Patriarchis Chriſtianis, & primum de Conſtantinopolitano. Cap. 5.

1 *Patriarchæ omnes ſunt Archiepiſcopi, non contra.*
2 *Patriarchæ præpoſiti Archiepiſcopis, & epiſcopis, & quare.*
3 *Patriarchæ 4 poſt ſum. Pontificem.*
4 *Patriarcha Cõſtantinopolitanus primus poſt ſum. Pont. dignitate.*
*Patriarchalium eccleſiarum antiquitas quæ prior, & ordo dignitatis, eod.*
5 *Dabertus Piſanus Pontif. primus Hieroſolymitanus dictus Patriarcha.*
*Hieroſolyma quando a Chriſtianis recepta eod.*
6 *Pauli Diaconi lapſus de primatu Conſtantinopolitanæ eccleſiæ.*
7 *Conſtantinopolis ciuitas a quo fundata, & a quibus reparata, & varia eius nomina.*
*Pauſanias Spartanus, eod. Byſes Megarenſium claſſis Princeps eod.*
8 *Conſtantinop. regia Orientalis Imperii vrbs.*
9 *Conſtantinopolis quando a Turcis occupata.*
*Mahometes Amurathi filius Turcarum Imperator, eod.*
10 *Imperium Orientale quando finiuit.*
11 *Conſtantinopolis nunc dicta Cæſarondum, eod.*
12 *Prætorium Illyricum cum duabus ciuitatibus Metropolitanis, Conſtantinopoli, & Theſſalonica.*
13 *Conſtantinopolitanus Patriarchatus, Romania, & eius epiſcopatus.*
*Turcarum in Hiſpania per Carolum Martellum inſignis clades quando, eod.*

OMnes Patriarchæ † Archiepiſcopi dici poſſunt, *l. iubemus* 1
*nulli, 14. de ſacroſanct. eccleſ. C. §.1. de eccleſiaſt. tit. in authen.* ſed
tamen nõ omnes Archiepiſcopi patriarchę: at quid Patriarcha ſit,
paulo ante explicauimus. *ſupra hoc lib. c.2.* Dicetur & Patriarcha
princeps epiſcoporum, quod nomen & competit Archiepiſco-
pis. *can. cleros, 21. diſtinct.* ¶ Patriarchæ † potiores epiſcopi, & pre- 2
cipui conſtituti fuerunt aliquibus regnis, ſeu imperiis, aliis epi-
ſcopis in illis regionibus & Archiepiſcopis præpoſiti, vt ad eos
ſumma negotiorum religionis grauiorum deferatur: & ſimul ab
omni oppreſſione Imperatorum, & regum Chriſtianæ ditionis
eorum defenderentur, vt ſcribunt Anacletus, *can. prouinciæ, 99.
diſt.* & Licinius, *can. vrbes, 80. diſtin.* ¶ Quatuor † poſt ſum. Pon- 3
tific. Romanorum epiſcopum, primates conſtituti ſunt, vt dixi-
mus, *ſupra c.2.* quos Lyranus deſignari in Apocalypſi ſcribit, in fi-
gura ſedentis in Throno, & quatuor animalium exiſtentium in
circuitu, quæ erant plena oculis ante & retro. *Nicolaus de Lyra.
in c.4. Apocalyp. S. Ioan.*
¶ Anno † domini 383. Conſtantinopoli habitum eſt Conci- 4
cilium ſecundum vniuerſale, 180. coactis patribus, in quo, inter
cetera, regula lata eſt, vt Conſtantinopolitanus epiſcopus habe-
ret honoris priuilegia poſt Pontificem Romanum, eo quod ſit
noua Roma Byzantium. Et Patriarchæ fuerant conſtituti. *libr. 9.
hiſtoriæ Tripartitæ, c.3. Theodoret. lib.5. c.9. Iſidorus, tom.1. concilior.
c. antiqua, de priuileg. extrauag. ſancta Romana, de priuil. §.1. de ec-
cleſiaſt. tit. in auth. l.1. de priuileg. vrbis Conſtantinop. lib.11. C. tit.20.
l. omnium, de ſacroſan. eccleſ. C.* Cum tamen antea prior fuiſſet A-
lexandrina eccleſia honore, *ca. renouantes, 22. diſt.* & Antiochena
prior tempore, ſedeſque olim prima Diui Petri, dehinc Romam
tranſlata ab eodem, *c. Rogamus, 24. q.1. c. beati Petrus & Paulus,
2. q.7.* primumq; diſcipuli Domini vocati ſunt Antiochiæ Chri-
ſtiani. *Actuum, 11. c.* Sed ſedes firmata, orbis vniuerſi caput Ro-
mæ. ¶ Patriarchatus † porro Hieroſolymitanus poſtremus 5
ordine fuit, conſtitutus ex ſententia Guillelmi Tyrii. *lib. 9. hiſtor.
Sacra. cap. 18.* Qui ſcribit Dabertum præſulem Piſanum, primum
Patriarcham Hieroſolymitanum factum fuiſſe ſub id tempus,
quo Boëmundus Dux Apuliæ, princeps Antiochiæ factus eſt, &
Hieroſolyma anno domini 1099. Idibus Iulii, 39. die obſidionis
capta, & Agarenis qui eam 490. annos vſurpauerant, erepta eſt:
& inibi Gothfridus Lotharingiæ Dux, creatus rex fuit. *Blond. lib.
4. Deca. 2. Guillel. Tyrius, lib. 8. c. 18. & Liui. 9. c.2. & 5.* ¶ Hic † 6
monebo lapſum eſſe Paulum Diaconum, dum ait, *libr. 7. cap. 24.*
Phocam Imperatorem Bonifacio petente, primum ſtatuiſſe ſedẽ
Apoſtolicam pręcipuam Romanam & antea, vt ipſe ait, fuiſſe pri-
mam Conſtantinopolitanam. Nam quãtum hoc alienum a vero,
conſtat ex proxime geſtis ſub Theodoſ. I. qui imperauit circa an-
num dom. 390. ante Phocam fere 200. annis, quia Phocas dia-
dema adeptus anno dom. 605. vt ſcribit Gregor. Magn. *lib.11. epiſt.
c.1. & 43.* Faciunt & ea fidẽ, quæ de primatu ſedis Apoſtolicæ Ro-
manæ antea indicauimus, *ſup. hoc lib. c.3.* ¶ Remanet † ergo Con- 7
ſtantinopolitanũ Patriarcham poſt ſedem Apoſtolicam ſecundã
& digniorem eſſe ſedẽ in ciuitate Conſtãtinopoli, quæ ante dicta
fuit Byzantium in Thracia, *Strab. lib.1. & 7. Geograph. Pomp. Mela,
lib.2. Corn. Tacit. lib.12.* a Pauſania Spartano primum condita, ſi ſe-
quamur Iuſtinum, *ex Trogo, lib. 4.* vel ſecundum Euſtachium: a
Byze Megarenſium claſſis præfecto. Et quia reparata a Conſtan-
tino Magno ſubinde dicta Conſtantinopolis. *c. Conſtantinus, in 2.
§. præterea, 96. diſt.* Dicta & Plinio, Ligos, *Vadian. in commentar.
in lib.2. Pompon. Melæ.* Et ſæpe alibi noua Roma, *§. renouamus, vt
ordinariæ præfectura. & c. in auth. col.3. l. intra vrbem, de operi. publi.
8. C. titul.12.* quem titulum et etiam Conſtantinus Magnus indi-
dit. *Socrat. in hiſtor. Tripartita lib. 2. c.18.* Fuit & ſub Seuero & An-
tonio eius filio dicta Antonia, *Ioachimus Vadianus, in 2. Melæ.*
ſub parallelo illa, vt Boryſthenes cum Maſſilia ab Strabone ſita. *in
2. Geograph.* ¶ In † ea ciuitate fuit ſedes & caput Imperii Orien- 8
talis, vt Romæ ſedes Imperii Occidentis: ex quo cœpit aquila in-
ſigne Romani Imperii biceps fieri atq; inibi Iuſtinianus Cæſar ſe
regiã habere ſcribit. *l.1. §. Romam, de veter. iure enuclea. C.* Quare
inibi patriarchalis ſedes toti Thracię pręeſt, eiuſdem priuilegii ac
Romana ſedes, excepta honoris pręrogatiua. *can. Conſtantinopoli-
tanæ, 22. diſt. d. c. antiqua. de priuil. & extrauag. ſancta Romana, de
elect. in extraua. commu. l. omni innouatione, l.6. de ſacroſanct. eccleſ.*
¶ Hodie † tamen pulſi Cæſares & Chriſtiani ab illa ſede & 9
ciuitate, ex quo Agareni illam occuparunt, ſub rege Turca-
rum ſeptimo.
¶ Mahomete Amurathi filio, qui Conſtantinum 13. Orientis 10

vltimum Chriſtianum Imperatorem interfecit, cum omnibus
ſuis,& Orientale Imperium ſuſtulit, anno 1453. *Æneas Syluius,
& Sabellicus.* Conſtantinopolitanum & Trapezuntinum Impe-
rium, 12. regna, 200. vrbes Chriſtianis ademit, Peloponeſum &
Pontum expugnauit. *Egnatius, lib. 3. Cæſarum. Sabell.* Vocantque
10 nunc Turcæ eam ciuitatem Cæſarundum. ❡ Florente † republ.
Romana prætorium erat Illyricanum: cuius ditio per Thracias,
Pontum, Dacias, Myſias, totamque Græciam exporrigebatur, du-
plici ſede Metropolitana conſpicuum, Conſtantinopoli videli-
cet & Theſſalonica: Cuius ſecuti rationem Chriſtiani, Patriar-
chalem fecerũt ſedem Conſtantinopolin primatem apud Theſ-
ſalonicam ſubrogantes, vt notat Wolffgangus Lazius, *lib. 2. Com-*
11 *mentar. reip. Rom. cap. 3.* ❡ In † prouinciali libro omnium eccle-
ſiarum orbis. Patriarchatus Conſtãtinopolitanus Romania dici-
tur: eique ſubiiciuntur 26. Archiepiſcopatus, ex deſcriptione fa-
cta eccleſiarum, Pipini regis Galliarum tempore, filii eius Caroli
Martelli, qui in Hiſpania ad Turonem 375000. Agarenorum
prælio trucidauit, *Paulus Æmil. 2. & Sabell.* a proceribus regni
Galliarum regis renuntiati in locum Childerici, circiter annum
dom. 747. *Guaguin. lib. 3. Blond. lib. 10. Paul. Æmil. & alii Franciæ
Hiſtoriogra.* Alius numerus Metropolitanarum eccleſiarum,
nempe 80. & Archiepiſcopalium 39. recenſetur in iure Orien-
tali, lib. 2. in fine ſub titulo, *τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου κυρίου, περὶ τῆς κα-
τὰ τὴν καθέδραν τάξεως τῶν μητροπολιτῶν καὶ ἀρχιεπισκόπων, καθὼς ἐν
χαρτοφυλακίῳ εἰσυναγράφονται. Id. Sanctiſſimi Patriarchæ domini, de
ſeſſionis ordine Metropolitanorum & archiepiſcoporum, vt in Char-
tophylacio deſcribuntur.*

## De Patriarcha Alexandrino. Cap. 6.

1 *Patriarcha Alexandrinus vnde dictus.*
2 *Alexandria ciuitas quæ, & qualis.*
3 *Patriarchatus Alexandrinus quibus præeſt.*
*Pentapolis Lybiæ ciuitas, eod.*
4 *Præfectus Ægypti in Alexandria Imperium accipiebat.*

1 ALexandrinus † Patriarcha a ciuitate Alexandria, in qua ſe-
2 dem habet, dicitur. ❡ Alexandria † ciuitas eſt in Ægypto,
Africæ contermina, vt ſcribit Pompo. Mela, *lib. 1. c. 9.* Hanc verti-
cem ciuitatum Ægyptiarum Amianus Marcellinus dixit, *libr.* 22.
ab architecto nobiliſſimo Dinocrete, vel vt alii legunt, apud Ar-
rium & Strabonem, a Chinocrate, iuſſu Alexandri, ædificatam,
Europæ totius nobiliſſimum emporium, quo Indicæ merces, A-
rabico ſinu & Nili variis foſſis excipiuntur, & in omnes mediter-
ranei orbis oras diſtribuuntur. De qua ciuitate etiam abunde
ſcribunt Plinius, *lib. 5. cap.* 10. Strabo, *lib.* 17. Cornelius Tacitus,
*lib.* 20. Diodorus Siculus, *lib.* 17. Egeſippus. *lib.* 10. Ioſephus, *lib.
contra Apionem.* Hircius, *lib. 4. bellor. ciuil.* Vitruuius, *in proœmio
lib. 2.* Solinus, *cap.* 35.
❡ Itaque † ob loci inſignem laudem, & populi frequentiam,
3 quæ eo confluit, ſedes ibi poſita eſt principalis, quæ præeſſet ex
more approbato, *can. mos antiquus, 63. diſt.* per Nicænam Syn-
odum Ægypto vel Libyæ, & Pentapoli, quę ideo Pentapolis dicta
eſt in regione Libyca, a quinque ciuitatibus, Beronicæ, Arſinoe,
Ptolemaide, Apollonia, Cyrene, vt auctor eſt Plinius *lib. 5.* ❡ In †
hac ciuitate etiam Alexandria, præfectus Ægypti, qui a Romano
Cæſare regendam ſuſcipiebat cum imperio prouinciã ad ſimili-
tudinem proconſulis, per legem ſub Auguſto latam Imperium
non alibi aſſumebat. *Vlpian. in l. vnic. de offic. præfect. Auguſtal.
lib. 1. P. titul.* 17.

## De Patriarcha Antiocheno. Cap. 7.

1 *Patriarcha Antiochenus a ciuitate dictus.*
2 *Antiochia ciuitas, Syriæ, quæ nunc Suria caput.*
*Syria nunc Suria, eod.*
3 *Prætorii orientis Antiochia ſedes, eiuſque ditioni ſubditæ ciui-
tates.*
4 *Patriarchatus Antiochenus quibus præeſt.*
5 *Patriarcha Antiochenus cur dictus Catholicus.*
*Catholicus præfectus prætorio Antiocheno, eod.*

1 ANtiochenus † Patriarcha a ciuitate quoque Antiochia dici-
2 tur, vbi ſedem habet ❡ Antiochia † Syriæ regionis, quæ
nunc Suria, caput eſt, ab Seleuco Nicanore condita, & de patria
eius nomine Antiochia appellata. *Strabo lib.* 15. Regio illa potens,
& dum ei imperauit Semiramis potentiſſima. *Pompon. Mela,
lib. 1. cap. 11. in Syria.* De hac præclara plura Procopius. *lib. 1. & bel-
lo Perſic.* ❡ Tempore † quo Romanum integrum viguit Impe- 3
rium Orientis prætorii vel Magiſterii Antiochia etiam ſedes
fuit, cuius erat iuriſdictio ſupra omnes Orientis, Aſiæ, vtriuſque
Syriæ, Armeniæ, Phœniciæ, Paleſtinæ & Arabiæ prouincias. *VVolf-
gangus Lazius, lib. 2. commentario. reipub. Rom. cap.* 2. Dio Caſſius
*in Adriano*, metropolim Syrię dixit, vbi erat Adrianus cum Im-
perator declaratus fuit. Scribit Spartianus Adrianum Antiochẽ-
ſes odio habuiſſe, vt Syriam a Phœnice ſeparare voluerit, ne tot
ciuitatum metropolis Antiochia diceretur, *Ælius Spart. in A-
driano.* verum nihil obtinuit, & ita in ſua dignitate perſeuerauit,
dignaque viſa eſt ſede Patriarchali.
❡ Subiiciuntur autem ei in libro Prouinciali eccleſiarum 153. 4
eccleſiæ cathedrales, Archepiſcopatus autem 12. ❡ Dictus † hic 5
Patriarcha ſacroſanctæ eccleſiæ Antiochenæ Catholicus, apud
Procopium, ſicuti & qui prætorio eius antea præficiebatur, Ca-
tholicus nominabatur. Guillelmus Tyrius ſcribit ſuo tempore
ſub Antiocheno Patriarcha fuiſſe 13. Archiepiſcopatus, quos
nominat, & cuiuſque epiſcopatus. *lib. 14. belli ſacri, c.* 12.

## De Patriarcha Hieroſolymitano. Cap. 8.

1 *Patriarchatus Hieroſolymitanus a ciuitate dictus.*
2 *Hieroſolyma ciuitas quæ, & quare ita dicta.*
3 *Hieroſolymitanus Patriarchatus quando conſtitutus.*

HIeroſolyma, † ex qua Patriarcha titulum accipit, eſt Iudeæ 1
ciuitas totius orientis clariſſima. *Plinius lib. 5. cap.* 14. ❡ Quæ † 2
& Hieruſalẽ vocatur, quaſi *ἱερὸν*, id eſt, templum Salomonis, *Eu-
ſebius lib. 9. de præparation. Euangel. cap.* 4. inibi enim templum
ſanctum, fama & gloria præſtans, Rex Salomon ædificari curauit,
*c. 2. Paralip. c. 3. & 7. Ioſephus lib. 6. de bello Iudaic. cap. 5. & contra
Apionem.* illuſtrior reddita, morte & ſepultura ſaluatoris Domini
noſtri Ieſu Chriſti: & inſigni clade, quæ ei in vindictam tanti ſce-
leris illata fuit ſub Veſpaſiano, *vide Hegeſippum.* poſtquam & ite-
rum fuit Adriani iuſſu habitata, & deinceps ab eodem multis cæ-
dibus ob contumaciam Iudæorum oppreſſa. *Xiphilinus ex Dione.
in Adriano.* ❡ Et † quamuis ex Sion exierit lex, & verbum domi- 3
ni de Hieruſalem, *Ieſaia* 2. tamen Prouincialis liber omnium ec-
cleſiarum annotauit, monumenta veterum, quæ non modicam
habent auctoritatem apud Palæſtinos maxime, & Græcos, Hie-
roſolymitanam eccleſiam vſque ad tempora Iuſtiniani Auguſti
epiſcopum habuiſſe nulla vel modica dignitatis pręrogatiua. Im-
perante autem illo principe congregatam fuiſſe ſynodum gene-
ralem Conſtantinopoli, ſub Vigilio Pap. & Elicio Conſtantino-
politano Patriarcha, & Apollinario Patriarcha Alexandrino, &
Euſtachio Patriarcha Antiochenſi: & in illa, inter alia placuiſſe
honore Patriarchali donandam ſedem Hieroſolymitanam. Et
quia ciuitas inter fines & limites erat Patriarchatuum Antiochię
& Alexandriæ, nec illi eſſent ſufficienter epiſcopi ſuffraganei, ex
communi omnium conſenſu, ab vtroque Patriarchatu vicino
placuit etiam decerpere, & vt in formam patriarchatuum aliorũ
ille ordinaret eccleſias ſibi ſubiectas. Quæ omnia ſumta ſunt fe-
re ad verbum ex Guillelmo Tyrio Patriarcha Hieroſolymitano,
qui & deſcribit nominatim archiepiſcopatus & eorum ſuffraga-
neos, *lib. 14. Sacri belli, cap.* 11.

## De Patriarchatu in genere. Cap. 9.

1 *Patriarcharum Senatus qualis.*
*Euicelli Epiſcopi Patriarcharum qui, eod.*
2 *Patriarchæ electio ad quos pertineat.*
3 *Patriarcharum electionem confirmat ſummus Pontifex, vel eius
legatus.*
*Confirmatio electionis Patriarchæ primatum exemtorum ſum-
mi eſt Pontif. eod.*
4 *Epiſcopatus vſurpati ab Agarenis. Sebaſte, olim Samaria.*
5 *Epiſcopatus in nouis inſulis.*
6 *Patriarcharum inſigne, pallium, crux, & priuilegia.*
*Crux quando & vbi non poteſt præferri Patriarchæ, eod.*

QVemadmodum † ſummi Pontifices Romæ Senatorum lo- 1
co Cardinales habent, ſic & Patriarchæ habent in concilio
quoſdam epiſcopos, qui non ſubiiciuntur cuipiã Metropolitano,
ſibi familiares & ſuffraganeos, ſemper adſtantes, quos Græci vo-
cant Euicllos, e in *Prouinciali omnium eccleſiar. dum agitur de Hie-
roſolymit. Patriarch.* dicunt enim Gręci, *ἐυκήλους*, ſtantes ſine motu,
quietus,

quietos,ſicut apud Heſiodum *lib. 2. Ergon.* τῆμος δ᾽ εὐκρινέες τ᾽ αὖ-
ραι καὶ πόντος ἀπήμων εὔκηλος,&c.vt & apud Homerum *Iliad.*1.&
alios. Hos familiares ſuffraganeos a Græcis vocari teſtatur Guil-
lelmus Tyrius, *lib. 14.belli ſacri,c.12.* cancellos, ſed vereor ne cor-
2 rupta vox ſit. ¶ Electio, † deſtituta paſtore ſede patriarcharum
competit canonicis eccleſiarum patriarchalium: niſi ciuitates pa-
triarchales occupentur ab Agarenis, & canonici pauci inibi in-
ueniantur,quo caſu electio deuoluitur ad Sum.Pont. *c.ſancta Ro-*
3 *mana,de elect.in extrauag.commu.* ¶ Confirmat † & alioquin ele-
ctos patriarchas & primates ſum.Pont.*c.ſcriptum,c.40. de electio.*
*apud Greg.*vel legatus de latere vt epiſcopos, qui ab archiepiſco-
4 porũ eximũtur poteſtate,*c. ſi abbate,c.36.de elect. in 6.* ¶Hic † no-
tandum eſt,in epiſcopatibus & archiepiſcopatibus vltramarinis,
patriarchales ſedes valde decreuiſſe ob tyrannidem Turcicam,
ſub qua degunt,illis a Chriſtianis derelictis:ſicuti in Ægypto vſur-
pata Senlona,quę erat archiepiſcopatus ſub Imperatoribus Grę‑
corum Orientis:item Gazarus & Varo epiſcopatus,vbi erãt tem-
plariorum ſedes:Hieruſalem,Sebaſte quæ olim Samaria. Et ver-
ſus Arabiam,Ebron,Patracenſis,Cumatenſis,quæ nunc Eracum,
5 ſedes archiepiſcopales,aliæque alibi permultæ.¶In † quarum lo-
cum,Deus fidem Chriſtianam in inſulas extimas,ſeu noui orbis
incolas producens,epiſcopales ſibi delegit ſedes. Nam & ibi plu-
res tunc epiſcopatus a tempore Alexandri 6.ſum. pontif.qui pri-
mus quinque erexit,*Petrus Mar.lib.9. Decad. 2.noui Orbis.* ¶ Pa-
triarchæ a ſummo pontifice pallium accipiunt, plenitudinis offi-
cii pontificalis inſigne , quod & ipſi poſtea ſuis ſuffraganeis largi-
untur,*c.antiqua, 23. de priuileg.* Atque cum hoc priuilegium ha-
bent,vt crucis vexillum vbique ſibi præferri iubere poſſint: præ-
terquam in vrbe Roma,aut vbicunque ſummus Pontifex extite-
rit,aut eius legatus,qui vtatur inſignibus apoſtolicæ primę digni-
tatis. Ad hos quoque,qui ditionis patriarchalis ſunt, poteſt libere
appellari. Quod Ioannes Andreas,Panormitanus,& alii, *in c. an-*
*tiqua, de priui.* intelligunt etiam omiſſo medio : aliter enim hoc
priuilegio non eſſet adſcribendum , cum ad Metropolitanum
quemlibet prouocari poſſit iure ordinario a ſuffraganeis, *ca.ſi in-*
*ter epiſcopos,6.q.4.4.*& Metropolitani ſint ſuffraganei patriarcha-
rum,*c.paſtoralis,de offic. ordina.* Item priuilegium vt non niſi con-
ſulto patriarcha,poſſit archiepiſcopus epiſcopum ordinare, *cap.*
*quoniam,65.diſtinct.*

## De Primatibus. Cap. 10.

1 *Primas dicitur omnis patriarcha,ſed non contra.*
2 *Primatiæ ius præſcribitur & priuilegium.*
3 *Primatiæ regnorum.*

1 PRimates quidem,† appellari quodammodo patriarchæ poſ-
ſunt,*c.1.2.3.99.diſtin.can.conqueſtus.9.q.3.*attamen non omnes
primates vere patriarchæ ſunt,*can.nullus primas, 9.quæſ.3.*Primas
namq; alio in loco,quam vbi patriarchæ inſtituti ſunt,eſſe poteſt,
nihilominus officii,quod eſt patriarchis, ſed nec tantæ auctorita-
tis,neque cardinalibus præferuntur,*Felinus in rub. de maior. & o-*
2 *bed.*¶At † maiores archiepiſcopis, a quibus ad illos prouocatur,
*in can.1.99.diſt.*Archiepiſcopus primas eſt, & poteſt ius primatiæ
in prouincia alterius epiſcopi ſibi acquirere, *Panorm. in cap.expo-*
3 *ſuit,per illud cap.num.4.de dilation.*¶Primates † ſub ſum. Pontifi-
ce ſunt Aquilienſis,in Italia:Cantuarenſis in Anglia:Bituricenſis,
*gl.in can.cleros,in verbo archiepiſcopis,21. diſt.*Grandienſis, *Angelus*
*de Clauaſio,in ſumma, in verbo patriarcha.* & Lugdunenſis præci-
puus horum,in Gallia:in Hiſpania, Toletenſis,*quem primatum in-*
*ſtituit Urbanus 2.ſumm.Pontif. vt auctor Franciſc. Tarapha. lib.de*
*reg.Hiſpanor.in Alphonſo 6.*in Sardinia, Piſanas, *vide Rophredum*
*Beneuentanum,tit.de iurib.quæ competant prælat.Nicol.Boerium,in*
*lib.de auctor.Magni conſilii,nu.54.*

## De Archiepiſcopis. Cap. 11.

1 *Archiepiſcopi conſtituti vbi ante erant archiflamines,& rectores prouinciarum.*
2 *Archiepiſcopus,& Metropolitanus idem.*
3 *Metropolitanus vnde dictus. Prouinciæ conſtituendæ quot ciuitates exiguntur,eod.*
4 *Metropolis ciuitas quæ dicatur.*
5 *Archiepiſcopus a quibus eligitur.*
6 *Archiepiſcopus conſecrandus,vnguendus & ordinandus.*
*Archiepiſcopus quid non poſſit ante conſeruationem,eodem.*
7 *Archiepiſcopi Moſcouitici a quibus,& ex quibus eligantur,& conſecrentur.*
8 *Archiepiſcoporum auctoritas & officium,& 9.*
9 *Epiſcopi ſine permiſſione archiepiſcopi in aulam principis non eunt.*

ARchiepiſcopi † illis vrbibus feruntur a beato Petro præpo- 1
ſiti, quibus antiquæ ſuperſtitionis & idololatriæ præeſſent
archiflamines, *can. illis, 80. diſtinct.* Atque ex ſententia Wolph-
gangi Lazii,in Galliis & Germania, in illis ſedibus,vbi erant re-
ctores prouinciarum, proconſules , legatiue proconſulares,Me-
tropolitani conſtituti fuere epiſcopi,*Wolphgangus Lazius, lib.2.*
*commentarior.reipub.Roma.cap.2.* Archiepiſcopus epiſcopis ma-
ior,*can.1.2.3.9.quæſt.3.can.cleros,21.diſtinct.§.fin.de monach.in Au-*
*thent collat.1.titul.5.*inferior primate,*ca.1.99.diſtinct.*Sidonius ta-
men Apollinaris ſcribit,Metropolitanos in Gallia ſedi Romanæ
immediate ſubiectos,alibi autem patriarchalibus, *Sidonius Apol-*
*lin.dum Claudiani epiſcopi epitaphium deſcribit.* ¶Archiepiſcopus 2
† in vtroque ciuili & pontificio iure , ſæpe Metropolitanus dici-
tur,*per totam fere 9.quæſt.3.& in §.final.de monach.& in §.nos au-*
*tem, de non alienandis rebus eccleſiaſt. in Authen.* neque hæc no-
mina differre docet Rebuffus, *ad §.1. de inſtitut. in Concord.* vt &
Metropoliticum ius eſt,quod archiepiſcopis competit, *ca. vt liti-*
*gantes,c.5.de offic.ordin.lib.1.6.Decreta.tit.56. cap.1.de offic.leg.lib.1.*
*Decret.tit.30.ca.1.de arbitr.lib.1.Decret.tit.43.§.1. de eccleſiaſt.titu.*
*collat.9.tit.6.in Authent.*¶Iſidorus † ratus eſt Metropolitanos di- 3
ctos fuiſſe a numero ciuitatum : quia & Pelagius Papa ſcripſerit,
ſingulis prouinciis præeſſe debere vnum Metropolitanum , at-
que in vnaquaque prouincia eſſe debere vndecim vel ſaltem de-
cem ciuitates,& totidem epiſcopos,*ca.cleros 21.diſtinct.* Et forſan
quidem Pelagius talem prouinciarum & diœceſium diſtinctio-
nem accommodam exiſtimauit:at eiuſmodi non fuit ſemper, ſed
nutu principum , annorumque curriculo, prouinciarum forma
mutata eſt,vt docet Beatus Rhenanus *in libro,qui inſcribitur,noti-*
*tia vtriuſque imperii,tum Orientis,tum Occidentis , dum agitur de*
*deſcriptione prouinciarum Illyr.*Sextuſque Rufus conſularis,*in epi-*
*tome hiſtoria Romanæ.*¶Placuit † autem Budæo, Metropolim ci- 4
uitatem dici,ex qua coloniæ,nempe alia oppida proceſſerunt, id
eſt,ex qua coloni & incolæ in alium locum tranſlati ſunt, *Budæus*
*ad l.obſeruare,de offic.proconſ.in annot.prior. ad Pand.* Et ita ſe ha-
bere μητρόπολιν ad ἀποικίαν ſeu coloniam,vt matrem ad filiã:quod
& Suidas tradit, ἀπὸ τῆς μητρὸς καὶ πόλεως, quaſi dicamus ciuita-
tem matrem. Et vt ſcribit Simplicius *lib. 8. de Geometria,* ἀρχὴ καὶ
μητρόπολις οὖσα τῶν ἄλλων. Et iuxta hanc mentem , epiſcopus Me-
tropolitanus is eſſet,qui in ea vrbe ſedem haberet,ex qua colonię
deductæ ſunt:quæ tamen interpretatio non quadrat archiepiſco-
patui vere,neque archiepiſcopatus ſunt coloniæ, quas ex ea vrbe
tranſlatas eſſe conſtat:quia coloniæ etiam in longinqua regna &
nationes transferebantur , vt fuerunt ex Romanis coloniæ per
tractum Norici, Ripenſis, Pannoniæ primæ, Laureacum,Car-
nutum : & in mediterraneis ad Sauum atque Drauum fluenta.
Diſtribuit etiam Carolus Magnus Francos & Suenos per Pan-
nonias & Teutonum colonias. Fuerunt Getarum ſeu Gottho-
rum,Vandalorum,Cattorum,& aliarum nationum in varias par-
tes propagatæ coloniæ,quæ archiepiſcopo vni ſubiici nequeunt.
Quamobrem per tranſlationem metropoles ciuitates & archi-
epiſcopatus dicemus,quæ tanquam matres curam agunt ſibi ſub-
ditarum eccleſiarum,in eadem prouincia conſtitutarũ, vt Theo-
doſii ſanctione colligitur, per quam ciuitatem Berytum in pro-
uincia Phœniciæ Metropolis nomine donauit,*l.1.de Metropol.*
*Beryto,lib.11.C.titul.21.* ¶Archiepiſcopus † eligitur ab epiſcopis 5
conuenientibus in Metropolitana eccleſia ex clericorum omni-
umque ciuium conſenſu,*can.Metropolitano,63.diſtinct.can.qui*
*in aliquo crimine,51.diſtinct.* Aniceti qui ſedit anno domini 159.
eſt decretum,vt Archiepiſcopus ab omnibus ſuffraganeis ordi-
netur,*can.Archiepiſcopus ab omnibus,66.diſtinct.* Electus a prima-
te,vel patriarcha confirmatur, vel ſi is ſit ab eorum ditione exem-
tus a ſummo Pontifice,*cap.bona,& c. nihil,de electíon.* ſiue electio
fiat iure communi,ſiue ex nominatione regis in Gallia fiat, *tit.de*
*reg.ad prælatur.nom.in concor.*¶Conſecratur† ſubinde,& vngitur, 6
*c.1.de ſacra vnctio.*& ordinatur : pallium accipit, ante cuius rece-
ptionem non poteſt iura ordinis epiſcopalis exercere, non virgi-
nes conſecrare,nec ſynodum celebrare,*gloſſ.in cap. quoniam qui-*
*dam,& ca.pallium,100. diſt.ca. quod ſicut, & ca. ſignificaſti , de ele-*
*ction.vide Bertachinum, tract. de epiſcop.cap. fin. tit.3.* hæc enim li-
cent tantum poſt conſecrationem & pallii adeptionem , non an-
te etiam ſi confirmatio facta fuerit. Iubet tamen & ſuffraganeos
ſuos ab aliis conſecrari,*c.cum ex officii,c.16.de præſcriptio.lib.2.de-*

*cretal.tit.26.c.ſopitæ,c.14.& c.cum nuper, 25.de cenſib.lib.3. Decretal.tit.39.* Etenim Metropolitanus ab omnibus ſuffraganeis conſecrari,vel ordinari debet, *Clemens lib.3.conſtitutio. Apoſtolica, ca. 20.* epiſcopus autem a tribus epiſcopis ſaltem, Metropolitano iubente, *c.ſi epiſcopus,c.6.& c.ſequenti,de tempor.ordin.* ¶ Metropoli-
7 tæ Rutheni ſeu Moſcouitici, auctoritatem ſuã a Patriarcha Conſtantinopolitano habent, qui aliquando eligebantur conuocatis omnibus archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, & prioribus monaſteriorum, inquiſitione facta viri ſanctioris vitæ per monaſteria & eremos. Nunc vero aiunt principem ad ſe certos conuocare ſolere, atque ex eorum numero vnum ſuo iudicio deligere, *Sigiſmundus liber Baro in comment.rer.Moſcouiticarum, dum de re-*
8 *ligione agit.* ¶ Archiepiſcoporum † auctoritas maxime in epiſcopos ſibi ſuppoſitos eſt, quibus in ſynodo Antiochena iubetur, vt ad Metropolitanum reſpiciant, nihilque noui audeant facere in ſuis parochiis ſine conſcientia & conſilio eius: nec Metropolitani, ſine eorũ conſilio: quod lege etiam Francica antiqua ſtatutum eſt per Carolum Magnum, *lib.1. legis Franciæ, ca. 8. de ſuffraganeis epiſcopis.* Habet archiepiſcopus ſibi ſubditam propriam diœceſim iuriſdictione ordinaria, vt epiſcopus quilibet: & vltra, aliam in ſuffraganeos exercet poteſtatem, vtpote qui habet totius prouinciæ ſolicitudinem, *c.1.2. & 9. quæſtio. 2.* ratione cuius procurationes a ſuffraganeis ad illum deferuntur, *c.1.de offic. lega.lib.1. Decretal.tit.30. d. c. cum ex officii.* Cognoſcit de controuerſia, quam clericus habet cum aliquo ex ſuffraganeis, *can.ſi clericus, 11. quæſt. 1* & ſupplendo epiſcoporum negligentiam, agit quod epiſcopi eſt officium, *can.cum ſcimus, 9 quæſt.3.c.per tuas, 40.§.fin. de ſenten. excom.lib.5.Decretal.tit.39.* Quare prouinciam percurrit vt viſitet, inquirat, emendet ſubditorum vitam & acta: illi huic viciſſim ſubſidia, quæ procurationes dicuntur, conferunt, *c.cum ex officii, de præſcriptio.c.ſopitæ,14.ca.cum nuper, de cenſibus. apud Gregorium.* Atque dum ita diœceſin inſpicit, poteſt pontificalibus vti inſignibus, & iubere crucem ante deferri, *ca.1.vt lite penden.lib.2.Decretal.tit.16.c.antiqua, de priuileg.* benedicere populo, etiam in locis exemtis a ſua iuriſdictione, dummodo ſint in ſua diœceſi, *Cle-*
9 *ment.archiepiſcopo, de priuileg.apud Clemen.* ¶ Nec † poſſunt iure epiſcopi presbyteri illi ſubditi ſine eius & aliorũ coepiſcoporum conſilio, in aulam imperatoriam proficiſci, ex conſtitutione ſynodi Antiochenæ, *can.ſi quis epiſcopus, 23. quæſt.8.§.nos autem, quomodo opor.epiſcop.in Authen.* vel niſi permiſerit ſummi pontificis expreſſa diſpenſatio. Nam Gelaſius, Papam inconſultis Metropolitanis gratiam commeatus in aulam principis, epiſcopis facere poſſe voluit, *ca. quo auſu, ca.23.quæſt. 8.* Iuſſum archiepiſcopis in Matiſconenſi concilio, ne ſine pallio miſſas celebrent, *in Matiſconen.concil.ſub Pelag.c.4.*

## De Epiſcopis. Cap. 12.

1 *Epiſcoporum & presbyterorum aliquando commune officium, & quare diuiſum.*
2 *Epiſcopi tempore legis Moſaicæ.*
3 *Diœceſes epiſcopales quales, & vnde.*
4 *Diœceſes quando epiſcopatus factæ.*
5 *Epiſcopus quis eligi poteſt, & qualitates boni epiſcopi.*
6 *Epiſcopos eligendi quale ſcrutinium requiratur.*
7 *Epiſcopi a quibus eligantur.*
8 *Epiſcopus quando plebe interueniente electus.*
9 *Epiſcopum non eligit hæreticus.*
10 *Epiſcoporum electio quando ad principes pertinuit, & quando eis ademta eſt.*
*Henricus 5. Cæſar inueſtituras extorſit epiſcoporum, excommunicatus remiſit, eod.*
*Baculus & annulus inueſtitura epiſcoporum, eod.*
*Honorius Papa, antea Lambertus dictus, eod.*
11 *Henricus primus rex Angliæ epiſcopos inſtituere præſumſit, ſed reſipiſcere coactus.*
12 *Nicephorus Phocas orientis Imperator epiſcoporum inſtituendorum ius vſurpauit lege, quæ fuit poſtea ſublata.*
13 *Alexii Comneni, de epiſcopo eligendo, ſanctio.*
14 *Nominatio ad prælaturas regis Gallorum.*
15 *Epiſcoporum eligendorum in Gallia forma.*
16 *Andium & Alenconius reguli nominant ad prælaturas.*
17 *Epiſcopum princeps laicus ordinans excommunicatus, & epiſcopus ipſe.*
18 *Princeps non poteſt intereſſe electioni epiſcoporum, vt eligens.*
19 *Epiſcopum eligunt iure eius eccleſiæ canonici, & qua forma.*
20 *Abſens an ſuffragium electionis committere alii, & cui poſſit.*
21 *Epiſcopi ordinatio qua forma ab aliis epiſcopis fiat.*
22 *Epiſcopi electio intra 3. menſes fieri debet, & poſtea intra tres alios confirmari: alioquin fit deuolutio iuris ad ſuperiorem.*
23 *Epiſcopus non conſecratus, gerere non poteſt quæ ſunt ordinis: quæ iuriſdictionis pontificalis autem ſunt, poteſt.*
24 *Epiſcopus non adepta poſſeſſione, bullis expeditis, num recte beneficia conferat.*
*Idem 25.26.27. & ſeq.*
25 *Regalia principis, non euaneſcunt ante conſecrationem epiſcopi.*
26 *Epiſcopus niſi conſecratus, ſtricta iuris ratione epiſcopus non dicitur.*
27 *Epiſcopatus qui ſint iuris regaliæ.*
28 *Confirmatio tradit dominium prælaturæ.*
29 *Poſſeſſionis beneficii adeptio quando præcipue deſideratur.*
30 *Epiſcopi boni honore digni.*
31 *Nicephorus Imperator orientis Manichæus, & eius mors.*
32 *Epiſcopalium ſedium diſtinguendarum ratio.*
33 *Epiſcopalis officii, & poteſtatis quæ ſint.*
34 *Decimæ beneficiorum quare non debentur nunc epiſcopis.*
35 *Annonæ cura epiſcopis demandata.*
36 *Epiſcopo datus a rege Clotario fiſcus regius.*
37 *Epiſcopalis iuriſdictio apud Moſcouitas, & apud nos.*
38 *Epiſcopalis curæ ſymbolum, baculus, & annulus.*
*De baculo paſtorali, eod.*
39 *Baculi loco præfertur epiſcopo apud Vtopienſes cereus, & quare.*
40 *Annulus, mythra, quid ſignificent in epiſcopo.*
*Mythra, eod.*
41 *Epiſcopalia veſtimenta, baculus, annulus, mythra, ſandalia, chirothecæ quid ſignificent.*
42 *Epiſcopis prohibita in alios epiſcopatus tranſitio, & diuagatio, & ambitus.*
43 *Epiſcoporum translatio non prohibita, ſi recte fiat.*
44 *Epiſcopi portatiui ſeu titularii qui, & ius.*
45 *Epiſcopus non delegat quæ ordinis ſunt, niſi epiſcopo.*
46 *Chorepiſcopi qui dantur, & eorum munus.*
47 *Chorepiſcopi quæ non poterant exſequi.*
48 *Chorepiſcopi ſublati.*
49 *Epiſcoporum ſacrum iuramentum.*

EPiſcopi † nomen quid ſignificet, iam ſatis antea, *ſupra cap.2.* 1
dictum eſt, & curæ & ſolicitudinis eſſe. Fuit autem aliquando presbyterorum, & epiſcoporum commune officium, donec ortæ ſunt contentiones, & ſchiſmata in eccleſia Dei, & quiſque ſuos vel ſuæ poteſtatis eſſe putabat quos baptizaſſet: qua de cauſſa per totum orbem decretum eſt, vnum & certum presbyterum ceteris præeſſe, *D.Hieronym.ſuper epiſt.ad Titum, can. olim, 95.diſtinct. can.legimus, 93.diſt.nct.Euſeb.Pamphil.lib.6.hiſtoria, c.33. & in hiſtor.Tripart. lib.4.c.24.* Teſtatur at Neemias epiſcopatum etiam in lege antiqua fuiſſe, & epiſcopum fuiſſe tũc Leuitarum in Hieruſalem Azi filium Bani, filium Haſabiæ, &c. *Eſdræ cap.11. verſ.22.*
¶ Vt † epiſcopi etiam auctoritatem vtroque teſtamento conſtet 2
iuris eſſe diuini, diſtinctionem tamen epiſcopatuum iuris poſitiui. Quemadmodum & diœceſum antiqua eſt, & ante admiſſum Chriſtianum dogma apud Ethnicos diuiſio, quæ aut nihil, aut parum immutata eſt in epiſcopatuum territorio, aut noua ad priorum ſimilitudinem facta eſt. ¶ Sic † Beatus Rhenanus ſcribit Ro- 3
manorum magiſtratuum diœceſes, apud Chriſtianos epiſcopos gubernandas ſuſcepiſſe, & Romanos diœceſes vocaſſe, quas adminiſtrationes, procurationes, dicere poſſumus, *Beatus Rhenanus lib.3.rerum Germanicarum de diœceſibus Imperii Romæ in libro qui inſcriptus notitia vtriuſque orbis, & apud Sextum Rufum conſularem, in Compen.hiſtor.* Mutuati hoc nomen Romani a Græcis, quibus διοίκησις eſt adminiſtratio: vt apud Æſchinem διοίκησις τῆς πόλεως, adminiſtratio ciuitatis, vt Herodianus dixit, *libr.6. de princip. ſuorum temp.* τάς τε πράξεις ἁπάσας καὶ τὰς διοικήσεις, τὰς μὲν πολιτικὰς, καὶ ἀγοραίους ἐνεχείρισεν. Cicero minores prouincias diœceſes nominat, *vt ne omnium*, Cicer.3.epiſt.famil.inquit, *diœceſum, quæ cis Taurum ſunt, omniumq; earum ciuitatum magiſtratus, legationeſque conuenirent.* Et ad Atticum, *mirifica exſpectatio noſtrarum diœceſum.* Ab hac ergo procuratione populi diœceſanus epiſcopus dictus quoque, qui præpoſitus eſt eccleſiæ Dei, vt ei bene præſit: & epiſcopus in eccleſia, & eccleſia in epiſcopo, *can.ſcire debes, ſeptima quæſtione prima.* & caput diœceſeos epiſcopus, *ca.cum non liceat, cap.12. de præſcriptionib.* ¶ Epiſcopatus † 4
factæ

factæ ſunt diœceſes non ſtatim ſimul ab initio, ſed ſucceſſu temporis, prout Chriſtianorum creuit numerus, & diſſeminata fides, factæ primum aliquæ eccleſię ſub curionibus, alię ſub abbatibus, & ex his facti epiſcopatus. Sic Rex Dagobertus nouas ſedes epiſcopatuum inſtituit Argentoratenſem, Conſtantienſem, *Beatus Rhen.lib.2.rer.German.* Sic Mieſca ſiue Miezlaus Polonorum primus Chriſtianus rex, Diœceſes & Baſilicas illarum diſtribuit, & ex his quaſdam epiſcopales, quaſdam archiepiſcopales diſtinxit, dotauit, & decimas dari ſtatuit anno 9.dom.965.*Martin. Crome. lib.2.de rebus Pol.* Verum id approbante ſummo Pontifice, veluti cũ circa annum dom.1376.in Ruſſia epiſcopales ſedes Premiſlienſis, Vuladimirenſis per principem inſtitutæ ſunt, conſulto & ſtatuente Gregorio XI.Sum.Pontif.*idem Cromer.lib.13.de rebus Pol.* ſic Carolus Magnus Bremenſem epiſcopatum fundauit, anno dom.788.*Alb.Kran.lib.2.c.14.& 15.* & alios, vt & fecerunt alii reges & Cæſares, *de fundatione & inſtitutione quorundam epiſcopatuum & archiepiſcopatuum, tractat Henricus Pantaleon parte 1.proſopographiæ in Bonifacio 1. Archiepiſc.Magun.anno 736.* Fecit & ſi ne illis ſummus Pontifex, ex epiſcopatibus archiepiſcopatus, & ex aliis eccleſiis epiſcopatus: vt quando a Ioan.22. facta eſt ex epiſcopali, archiepiſcopalis ſedes, & eccleſię Montis Albani, S.Papuli, de Riuius, de Lumberiis epiſcopales, *in c.ſaluator, de præb.lib.3. extrauag.communium.* Aliquando & Londini auctore Lanfranco habitum eſt antiſtitum, & ſacerdotum concilium, in quo decretum eſt, vt aliquot ſedes epiſcopales, quæ in oppidulis ac pagis antea fuerant, in vrbibus & locis celeberrimis conſtituerentur, *Polyd.Virg.lib.9.hiſt.Angliæ.* multorumq; annorum reuolutione variata fuit prouinciarum diuiſio facta ab Anacleto, *Anacletus id teſtatur epiſt.2.* qui tertius a D.Petro fuit pont.ſum. Iſaacius Angelus orientis Imperator quoque ſtatuit, vt epiſcopales eccleſiæ in Metropolitanas per eum electæ gauderent honore Metropolitano, ſaluo tamen iure quod in eas erat ante Metropolitis, & iure eligendi Metropolitam, ex ſanctionibus canonicis conuenientibus epiſcopis, *in conſtit. Iſaaci, lib.1.iur. Orientalis, tit.* περὶ μητροπολιτῶν, *&c.* Ex quibus eligantur & fiant epiſcopi, alia non poteſt rectior dari regula, ea, quam præſcribit D.Paulus, qualitates eius percurrens, 1.*ad Timoth.3.c.qui epiſcopatum,8.q.1. & ad Titum c.1. Diuus Clemens, lib.2.conſtit.Apoſtol.c.6. Qui epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat, oportet enim ipſum irreprehenſibilem eſſe, ad Tit.c.1.§.1.quomodo oporteat epiſc.in Auth. vnius vxoris virum, can.1.can.acutius, can.vna tantum, c.ſi.26.diſt.* ſobrium, *can.eccleſiæ principes,35.diſt.* ornatum, *can.Parſimoniam,41.diſt.* prudẽtem, *c.1.& c.qui eccleſiaſticis, §.ecce quod ſacrarum, 36.diſtin.* pudicum, *43.diſtin.in princ.* hoſpitalem, *c.1.verſic. ordinandus,42.diſt.* non violentum, *can.1.& can.vinolentum,35.diſt.can.1.44.diſt.* non percuſſorem, ſed modeſtum, *c.1.& can.epiſcopum,35.diſt.* non litigioſum, non cupidum, *c.1.& c. bonorum, 47.diſt.* ſed ſuæ domui bene præpoſitum, *can.ſicut, §.neceſſe, 47.diſtin.* Si quis enim domui ſuæ bene præeſſe neſcit, quomodo eccleſiæ Dei diligentiam adhibebit? Quia curæ aliorum præfectus, oſtendere debet quomodo oporteat alios in domo Dei conuerſari, *c.cum in cunctis, c.7.de ele-*
6 *ctio.lib.1.Decret.tit.6.* ¶ Proinde † fiunt in epiſcopis perquiſitiones, ſeu vt dicitur examinationes, antequam ordinentur, vt ſint, *can.qui epiſcopus, 33. diſtinct.* natura prudentes, docibiles, moribus temperati, vita caſti, ſobrii, vigiles, negotiis ſuis cauentes, humiles, affabiles, miſericordes, literati, in lege domini inſtructi, fideles catholici. Et hæ inquiſitiones ſaltem in ſcrutinio electionis faciendæ ſunt ſummarie & de plano, ſi noti ſint eligendi. Scrutinium quippe, neque in cognitorum conſecratione omittendum eſt, *can.1.2.3.40.diſtinct.c.2.75.diſt.ca.quæ ipſis,38.diſtin.* Circa autem ignotos plene hæc examinatio facienda eſt, non in aliis, *c.de Petro,75.diſtin.can.valde,94 diſt.gl.in can.qui epiſcopus, in verbo, examinetur, 23.diſt.* Neque debet eligi bigamus, *ca.1.& 2. 26.diſtinct.* ignarus, *c.penult.& fin.28.diſtinct.c.niſi cum pridem, §. pro defectu, de renuntiat.* nec negotiorum ſecularium imperitus, *can.vnico,39.diſtinct.* Valentinianus Cæſar occidentis ſcribens ad omnes orientales epiſcopos de determinatione concilii Illyrici de conſubſtantialitate trinitatis in fine admonet de creandis epiſcopis, vt eligantur ex ſanæ mentis & doctrinæ, qui magiſtratum epiſcopalem geſſerint, præfectis, ſi quidem exſtent: ſin minus, ex ipſis presbyteris ſimiliter presbyteri & diaconi, ex ipſo ſacro clericorum ordine, qui non ex curia, vel ex militari magiſtratu ſint lecti, *Nicephorus Calix.libro vndecimo, eccleſiaſt.hiſtoriar.cap.30.*

7 ¶ Quibus † porro perſonis eligatur epiſcopus, & qua forma, inferius, Deo fauente, latius explicamus, cum agimus de legitimis modis conferendi beneficia. Varia enim obſeruanda & diſtinguenda ſunt in his tempora, & principum iura, poſtulationes, & nominationes. Fuitque hoc ius primum penes Apoſtolos, *Actorum 20. Euodius 1.ab Apoſtolis ordinatus Antiochenis. Ignatius epiſtol.12.* deinde penes ſacerdotes & presbyteros ciuitatum, adhibito ſuffragio plebis: nam populus flagitabat epiſcopum, & ſæpe ad ſeditionem vſque in illo contentio fiebat, *D.Cyprianus libro 3. Epiſtolarum, epiſt.5. Sic idem Cyprianus lib.1.Epiſtolarum, epiſtol.4.*
¶ Plebs † obſequens præceptis dominicis, & Deum metuens, a 8
peccatore præpoſito ſeparare ſe debet, nec ſe ad ſacrilegii ſacerdotis ſacrificia miſcere, cum ipſa maxime habeat poteſtatem vel eligendi dignos, vel indignos recuſandi. Quod & ipſum videmus de diuina auctoritate deſcendere, vt ſacerdos plebe præſente, ſub omnium oculis deligatur, & dignus atque idoneus publico iudicio ac teſtimonio comprobetur. Sicut in Numeris Moyſi præcepit dominus dicens, *Numerorum cap.20. Prehende Aaron fratrem tuum, & EleaZarum filium eius, & impones eos in montem coram omni ſynagoga, &c.* Suffragatur Athanaſius, dum ait, *Sed vt demus querelam aliquam aduerſum me ſuſceptam eſſe, meumque inter vos nomen receptum eſſe, non tamen oportuit in mei locum Arrianum, aut qui Arriana ſaperet, ſubrogari, ſed ſecundum eccleſiaſticos canones, prout Apoſtolus præcepit, congregatis populis vna cum ſpiritu ſancto, qui epiſcopum conſtituunt, publice & in præſentia clericorum epiſcopum poſtulantium inquiſitionem fieri, atque ita omnia canonice peragi. D. Athanaſius epiſt.1.de perſecutione ſua ad Orthodoxos.* D.Ambroſius nondum baptiſatus præſidialis homo, miſſus ad ſeditionem compeſcendam Mediolanum a Valentiniano Cæſare, conſentiente in eum populo & clero, ipſe in epiſcopum electus eſt, & poſtea baptiſatus & conſecratus, *Theodoritus lib.7. hiſtoriæ Tripartit.ca.8. Nicephorus Caliſtus libro vndecimo, hiſtoriæ eccleſiaſtic.c.32.* Ex auctoritate etiam concilii Carthaginenſis 4. examinatus & inuentus plene inſtructus, cum omni conſenſu laicorum & clericorum, & conuentu totius prouinciæ epiſcoporum, maximeque Metropolitani vel auctoritate vel præſentia, ordinandus epiſcopus, *can.qui epiſcopus, 23.diſtinct. Iſidorus in 54.epiſtol.Leonis.* Quod & ſynodus tertia Carthaginenſis ſtatuerat, *c.illud, c.23.diſtinct.* Adhibebatur autem populus confirmationi, vt ante eam poſſet obiicere quilibet, ſi quid is haberet criminis, & vt teſtimonium haberet electus etiam ab iis qui foris ſunt, *c.licet, 8.quæſt.1.c.iubemus, de conſecrat.diſtinct.1.vide gloſſam in d.can.illud in verb. plebe, 23.diſt.*

¶ Non † tamen eligit epiſcopum hæreticus, *can.fin.9.q.1.* 9

¶ Circa † annum domini 780. in ſynodo habita Romæ, ele- 10
ctio ſummi pontificis, archiepiſcoporum, & epiſcoporum, cum omnibus inueſtituris Carolo Magno conceſſa, *Sigibert.& in can. Adrianus, 63.diſt. Sabellia. Ennea.8.lib.8.* Sed poſtea hoc ius rediit ad ſummum pontificem & cardinales, vt ſupra *cap.3.* docui. Rurſum tamen anno ab incarnatione domini 1111. Henricus quintus Cæſar coronatus, a Paſchali 2. carcere detento antea, & a quibuſdam epiſcopis collectis minis & terroribus extorſit priuilegium & inueſtituras epiſcoporum, id eſt, baculum & annulum. & ita is Imperator cum ſuis epiſcopis in ſynodo vel conuenticulo concluſerat, inueſtituras epiſcoporum pro more antiquo Imperatori eſſe retinendas, *Albertus Krantzius lib.5.cap.30.& 33.* Ceterum cum Imperator Roma abiiſſet, ſynodum Paſchalis Romæ celebrauit, in quo priuilegia, & inueſtituras, & pacem, ei per minas & metum conceſſa reuocauit, *idem Krantzius lib.5.ca.34.37. 38.* Atque Calixtus ſecundus ſummus Pontifex, qui poſt Paſchalem 2.& Gelaſium 2. Romæ pontificalem ſedem acceperat, Imperatorem Henricum quintum excommunicationis vinculo innodauit: qua ratione impulſus cum videret a ſe regnum paulatim deficere, & exemplum patris ſui mente reuolueret, atque metu anathematis quo vrgebatur, collecta generali curia apud Wormatiam inueſtituram epiſcoporum, videlicet baculum & annulum in manus legati apoſtolici nomine Lamberti, qui poſtea fuit Papa Honorius, publice reſignauit, per quem etiam ab anathemate eſt abſolutus: Papa quoque tale priuilegium Imperatori ſcripſit, vt epiſcopi omnes tam Ciſalpini quam citra, non prius epiſcopi ordinentur, quam per manus Imperatoris de regalibus ſint inueſtiti, *hæc ad verbum apud Gothphridium Viterbienſem in pantheon ſeu Chronicorum parte 17.in Henrico 5.* ¶ Polydorus Ver-
gilius † tradit huius Imperatoris tempore Hẽricum primum Bri- 11
tanniæ ſeu Angliæ regem elatum victoriis, tantum ſibi ſumere cœpiſſe, vt ſua dumtaxat auctoritate epiſcopos faceret, & factis epiſcopatuum poſſeſſionem daret. Et circiter, inquit, hæc tem-

pora principes vbique gentium cœperunt illud ſibi ius declaran-
dorum epiſcoporum vindicare, quod & hodie mordicus tenent.
Hos tamen Anſelmus religionis antiſtites, tanquam abortiuos
religionis filios conſecrare recuſabat, ſed parum profecit, donec
Paſchalis 2. ſum. Pont. conſultus, regem ab ſententia abire coegit,
12 *Polyd. Virgilius lib. 11. hiſtoriæ Angliæ in Henrico 1.* ¶ Fuit † & Im-
perator Orientis Nicephorus 2. Phocas qui ſucceſſit Conſtanti-
no 9. circa annum domini 965. qui legem tulit, ſubſcribentibus
quibuſdam incautis, menteque parum prouidis epiſcopis, ne Im-
peratoris iniuſſu crearetur vllus epiſcopus, *exſtat conſtitutio eius
in libro 1. iuris Orientalis, inter eius conſtitutiones 4. titul. περὶ τοῦ μὴ
τὰς ἐκκλησίας ἀκινήτοις πλατύνεσθαι.* iiſque mortuo aliquo epiſcopo,
aliquem ſuorum ſubmiſit, qui definitos faceret ſumtus, ipſe au-
tem quod reliquum erat de reditibus accepit. Sed & hanc legem
ſuſtulit, vt malorum omnium fontem, quum detraheret Deo &
poſſeſſionibus eccleſiaſticis, vt qui factam ab eo, qui imperium
inuaſerat, Baſilius iunior porphyrogeneta Cæſar orientis, menſe
Aprili, indictione 1. anno a creatione mundi 6495. ſic enim Græ-
ci computant annos & reſtituit leges priuilegiorum eccleſiæ, *in
d. lib. 1. Iuris Orientalis in poſt prædictam Nicephori conſtitutionem
13 titu. περὶ κτήσεως τῶν ἐκκλησιῶν.* ¶ Legimus † tamen poſtea factum
decretum ab Imperatore Alexio Comneno primo in præſentia
conuocatæ tunc ſynodi conſentientis vnaque determinantis,
menſe Maio 10. indictione anno ab orbe 6565. orta contentione
de Metropoli Baſilæi, & Metropoli Madytana viduis paſtore,
num a Patriarcha Conſtantinopolitano, an a Metropolitis He-
racleano & Auchirano, quorum erant epiſcopatus, antequam
per Imperatorem erectæ fuiſſent in archiepiſcopatus. Statutum-
que Imperatori licere pontificalem thronum eccleſiis largiri: &
epiſcopatus vel archiepiſcopatus in Metropoles erigere, eaque
quæ ad electionem pertinent, & reliquam diſpoſitionem, prout
ipſe voluerit deſcribere. Verumtamen Patriarchæ permittitur,
ne aliter a quouis allatam de cuiuſcunque eccleſiæ primatu char-
tam confirmet: nec eius præſules inter archiepiſcopos vel Me-
tropolitanos recipiat, quam dignos cognouerit, & ſi indignos vi-
derit reſcribat Imperatori, *in iure Orientali, lib. 1. in conſtitutioni-
bus Alexii Comneni, 1. titulo 3. περὶ τοῦ ἀνάγειν τὰς ἐπισκοπὰς εἰς μητρο-
14 πόλεις.* ¶ Quod † ius fere, & eadem cum ſummi Pontificis aucto-
ritate regibus noſtris Gallicis in ſynodo conceſſum eſt in nomi-
natione ad prælaturas dignorum facienda, *tit de regia ad prælatu-
15 ras nominatio. in concordatis.* ¶ Quam † tamen nominationem in
conuentu ſeu comitiis generalibus Aureliæ habitis anno domi-
ni 1560. *in conſtitution. Aureliæ habitis artic. 1.* in formam electio-
nis eccleſiis cathedralibus adhibitis nobilibus & clero & populo
transferri voluerunt, vt tribus nominatis, ſeu electis princeps v-
num ex his delectum ſummo pontifici nominaret confirman-
16 dum: ſed illa conſtitutio non fuit vſu ſeruata. ¶ Andium † & Alen-
conius Reguli, nominatione ad prælaturas vtuntur in ſuis ditio-
nibus, regis permiſſu, ſed ita, vt huius nomine ac poſtulatione di-
17 ploma Pontificis ſummi poſtuletur. ¶ In † quo ordinatio eſt ſum-
mo pontifici reſeruata, quemadmodum iure pontificio a princi-
pe vel rege, epiſcopus ordinari non poteſt, & ſi inueſtituram dent
excommunicantur, *can. ſi quis deinceps, & ſequen. 16. quæſt. 7.* Et a-
lii epiſcopi qui per laicum inueſtituram recipiunt, & inueſtiti de-
18 ponuntur, *d. can. ſi quis, & can omnis, 63. diſtinct.* ¶ Nec † intereſſe
poteſt princeps iure communi electioni cum canonicis eligenti-
bus epiſcopum, vt eligat cum ipſis, præcipiat, vel diſponat, *Meſſa-
19 na, de electio. can. laici, can. nullus, 63. diſtinct.* ¶ Canonicis † quippe
libera eſt in eccleſia cathedrali electio ſui epiſcopi, iiſque ſolis, *ca.
in Geneſi, c. eccleſiis, 2. c. Cumana, cap. cum in veteri, c. congregato, ca.
bonæ, 2 de elect. apud Gregorium.* quamuis antea ad ſummum pon-
tificem pertinuerit, *can. 1. 22. diſtinct. gloſſ. in c. quanquam, de elect.*
Poteſt tamen capitulum in electione facienda eum admittere,
qui de iure intereſſe non poteſt, dummodo omnes canonici con-
ſentiant, & vel vnus non repugnet, *c. ſcriptum de elect.* Eligunt ca-
nonici eccleſia viduata paſtore, ſede vacante, *ca. vt circa, ca. quam
ſint, c. cupientes, de elect. & ibi gloſſ.* ſepulto mortuo epiſcopo, non
prius, *c. Nouatianus, ca. non furem 7. quæſtio. 1.* infra tres menſes a
die vacationis, *c. ne pro defectu, c. cum in cunctis, de elect. c. poſtquam,
50. diſtinct.* congregatis illis in eccleſia, vel alibi in ciuitate, loco i-
doneo, *c. cum terra & c. quod ſicut, de elect. c. in Geneſi, c. quanquam,
eodem titu.* abſentibus canonicis, veluti in actu alio capitulari vo-
catis, cum tempore & dilatione ad veniendum ſufficiente ſecun-
dum loci intercapedinem, *c. 1. de dilatio. Doctor. in Authen. hoc ius
porrectum, de ſacroſanct. eccleſ.* cautione adhibita, ne nimium pro-
rogetur electio, cum periculum eſt in mora, *ca. cum inter. & ca. ne
pro defectu, de electio.* dummodo ſint in prouincia, vel extra, com-
mode vocari & venire facile poſſint, non aliter, *gloſſ. in c. cum in
eccleſiis, de præbend. in 6. gloſſ. in c. quod ſicut, §. ſi autem, de elect.* In ci-
uitate citantur vel vocantur canonici, per campanę pulſationem,
*c. in cauſſis, de electio.* extra ciuitatem, per literas, vel per nuntium,
*gloſſ. & Doctores, in c. cauſſam, & c. in c. Cumana, de electio.* Duplex-
que citatio, prima, vt adſint certo loco ad electionem faciendam,
altera, vt ad electionem veniant. ¶ Et † quamuis abſentes com- 20
mode venire non poſſint, tamen vocari debent, *ca. quod ſicut, §. ſi
autem, & c. cum inter vniuerſas, & gloſſ. & Docto. in c. quia propter,
de elect.* Quia abſens iuſto impedimento, vel non legitimo con-
ſentientibus aliis canonicis, poteſt vocis ſuffragium alii commit-
tere per literas, *c. ſcriptum, cum gloſſ. & c. quia propter, de elect. apud
Gregorium, c. ſi quis vno, eod. tit. in 6.* Si committat vni de capitulo,
*d. c. quia propter, & ibi gloſſ. & Doct.* non enim alteri poteſt inuitis
præſentibus canonicis, *c. conſtitutus, de appellat.* nec etiam per li-
teras ipſe vocem, vt dicunt, ſeu ſuffragium fert abſens, *c. ſi quis iu-
ſto, & ibi Doctores, de electio. in 6.* ¶ Auctoritate † apoſtolica quo- 21
que ordinationes epiſcoporum, ab vniuerſis qui in eadem fue-
rint prouincia epiſcopis, ſunt celebrandæ, qui ſimul conuenien-
tes ſcrutinium cum precibus perficiant, manus cum ſanctis eu-
angeliis admoueant dominica die, hora tertia orantes, ſacraque
vnctione prophetarum exemplo vngentes, *c. 1. 75. diſtinct.* Nam
cum ordinatur epiſcopus, duo epiſcopi imponunt manus, qui-
bus tenent euangeliorum codicem ſuper caput & verticem eius,
vno ſuper ipſum fundente benedictionem, reliquique epiſcopi
qui adſunt, manus eius tangunt, *c. epiſcopus, 23. diſtinct.* Sunt aliæ e-
lectionis & confirmationis epiſcopi cæremoniæ & ſolemnita-
tes, de quibus late tractat Bertachinus *tract. de epiſcop. 1. parte, lib.
3. 1 & 2. parte libri.* ¶ Electio † epiſcopi, vel archiepiſcopi intra tres 22
menſes a vacatione eccleſiæ fieri debet, *c. poſtquam, 50. diſtinct.* a-
lioquin olim ad ſummum pontificem deuoluebatur, *c. dilectus,
de conceſſ. præbend.* eligendi facultas, hodie ad proximum ſuperio-
rem, archiepiſcopum, vel primatem, *c. ne pro defectu, c. 41. de elect.
apud Gregorium, c. nulla, de conceſſ. præbend.* Intra tres alios etiam
menſes confirmari debet, *can. quoniam quidam, 100. diſtin. c. quo-
niam quidam, 75. diſtin.* ab archiepiſcopo, *can. extra conſcientiam,
& can fin. 64. diſtinct. c. cum dilectus, 32. de electio. apud Gregorium.*
vel a ſummo pontifice. Confirmationem præcedit electio, hanc
ſequitur conſecratio, vt notant interpretes, *Bertachinus tract. de
epiſcopo, in 3. parte 3. libri, gloſſ. in c. proinde, de elect. in 6.* ¶ Epiſcopus
† poſt electionem & confirmationem quidem eſt, ſi tamen con- 23
ſecratus non ſit, quædam, quamuis epiſcopalia ſint, gerere non
poteſt quæ ordinis ſunt: & ita ante conſecrationem quæ iuriſdi-
ctionis ſunt, recte exſequi poteſt, nempe excommunicare, corri-
gere, iuramenta recipere a vaſallis, inueſtire, beneficia conferre,
& ſimilia, *ca. noſti, de elect. apud Gregorium, ca. 1. & c. inter corpora-
lia, de tranſlat. epiſc. & c. tranſmiſſam, de electio.* Quæ ordinis mini-
me, eo quod eorum poteſtatem tantum accipiat in conſecratio-
ne: qualia ſunt, clericos ordinare, & deponere, chriſma confice-
re, benedicere virgines, eccleſias vel altaria conſecrare, & ſimi-
lia, *c. quod ſicut, § præterea, de elect. can. quamuis, 68. diſtinct.* ¶ Vidi
† tamen de facto quæſitum, num epiſcopus qui nominatus a re- 24
ge, confirmatus eſt per ſummum pontificem, vel qui a ſummo
pontifice habet prouiſionem, bullis confectis, non tamen adhuc
adepta poſſeſſione, poſſit beneficia conferre. Qua in re diſtin-
guendum cenſeo, an quæſtio ſit de epiſcopatu, in quo rex ius re-
galiorum habet, an de alio. ¶ Nam † regalia principis, non euane- 25
ſcunt, quæ competunt ratione vacationis eccleſiæ epiſcopalis,
niſi conſecratione facta epiſcopi, atq; poſt electionem, nomina-
tionem, & confirmationem ſum. pont. integra manent, & ita rex
fructus interim percipit, beneficia iure regaliorum confert, nec
cogitur ante cōſecrationem epiſcopo dare inueſtituram, *Arnul.
Ruſæus, tract. Regal. 59. priuilegio.* ¶ Quod † ſtricta iuris ratione e- 26
piſcopus non dicatur, niſi conſecratus ſit, *c. licet, de tranſlat. epiſc. c.
tua, de his quæ fiunt a Prælatis ſine conſen. cap. Pan. in c. eam te, de re-
ſcript.* ¶ Epiſcopatus † iuris regaliorum enumeratos habes apud 27
Ægid. Magiſtr. *tract regal. c. 4.* Ceterum in epiſcopatu, qui regalis
iuris nō eſt, epiſcopus ad nominationem principis legitime con-
firmatus, vel ſine nominatione ab eo, qui confirmandi ius habet,
poterit conferre beneficia ſuæ diœceſeos ante conſecrationem,
vt dixi, & ante poſſeſſionē adeptam, literis & codicillis ſeu bullis
inſinuatis, vel prouiſione obtenta, *Bertach. in tract. de epiſ. lib. 3. in
par. 2. principalis, nu. 8. per c. noſti, de elect.* ¶ Confirmatio † namque 28

tradit dominium prælaturæ, Innocentius in cap. ex parte, de arbitr.
Bald. in Margarita, in verb. electio. prouiſioque, ſeu collatio bene-
ficii transfert ius, ſi illa acceptetur, cap. ſi tibi abſenti, de præben. in 6.
29 ¶Et † poſſeſſionis adeptio tunc demum exquiritur: quia corpo-
ralis eſt, ſi alterius interſit: ſi agatur de publicanda renuntiatione
intra tempus conueniens, ſi de infirmis reſignantibus, aut de ſi-
milibus, in quibus fraus committi poteſt, ſi palam non eatur in
poſſeſſionem, ſecundum præſcripta regularum cancellariæ, quæ
de his latæ ſunt. In ſacerdotiis autem & prælaturis, quæ vel mor-
te, vel alia certa ratione & vere vacant, & conferuntur, illa poſſeſ-
ſionis exacta non obſeruatur quæſtio & ſolemnitas, Rebuffus in
praxi beneficiorum, dum de reſignatione agit. quamuis non me la-
teat, hac in re varias fuiſſe eaſque pugnantes interpretum ſenten-
tias, quas videto apud Ioannem de Selua in tracta. beneficiorum, 2.
par. quæſt. 15. Is tamen tandem concludit cum diſtinctione, vt ſi
quis alius in poſſeſſione prior ſit prælaturæ, licet iniuſte, is cui
collatio facta eſt & confirmatio, non poſſit adminiſtrare vel con-
ferre, non adepta poſſeſſione legitime, alioquin enim ſpoliaret
poſſidentem, & diceretur intruſus, ius propria auctoritate ſibi v-
ſurpans, iureque ſuo, ſi quod haberet, priuandus, ca. eum qui, de
præbend. in 6. l. exſtat, quod met. cauſ. l. ſi quis in tanta, C. vnde vi, l.
1. C. de ſuffrag. can. placuit, 16. quæſtio. 6. contra, ſi quis prælaturam
conſequatur, quam alius, nec iuſte vel iniuſte poſſideat, licere ei
adminiſtrare & beneficia eius ante conſecrationem conferre, per
c. transmiſſa, & c. qualiter noſti, de elect. apud Greg. c. auaritiæ, eod. tit.
in 6. Dummodo, vt pleriq; tradunt, conſuetudo in ea prælatura ſit
antea obſeruata, ne adminiſtratio concedatur ante adeptā poſſeſ-
ſionem, per d. c. transmiſſam. Niſi, vt Hoſt. tradit & prędictus Io. de
Selua, vbi ſupra. dixerimus, hanc conſuetudinem reprobandam,
tanquam quæ poſſit eſſe damnoſa, iuxta cap. cum venerabilis, & c.
auaritiæ, de electio. in 6. Ego autem in ea ſententia ſum, epiſcopum
vel alium antiſtitem, non poſſe ſe immiſcere actibus iuriſdictio-
nis nec collationis, quouſque diplomata ſeu bullas ſuæ collatio-
nis & confirmationis ſuſceperit, aut conceſſæ fuerint, atque in il-
lis vim maiorem, quam in adeptione poſſeſſionis facio: quod ita
exigat extrauagans, iniunctæ, De electio. in Extrauag. communi-
bus. Et ita Panormitanus, ſe curaſſe obſeruari ſcribit, in d. c. quali-
ter, de elect.
30 ¶Cuius † autem dignitatis ſint epiſcopi, certe munus illorum
& auctoritas ſatis fidem facit, finiſque, & rationes cur præfecti
ſunt populo Dei. Quamobrem & eos principes piique homines
ab omni labe hæreſeon & ſuperbia alieni, coluerunt, & honores
regios fere, & aliquando maiores eis detulerunt: vt contra, per-
dici homines & impietatis mancipia, eos vt caput, dominum, cui
illi inſeruiunt ludibrio habuerunt de re Chriſtiana nō bene ſen-
31 tientes. ¶Ex † quorum grege Nicephorus orientis Imperator,
qui iuſſit ducibus belli, epiſcopis & clericis mancipiorum loco v-
ti, proque ſua auctoritate in ædes epiſcopales & monaſteria di-
uertere, eorumque rebus pro arbitrio abuti, libr. 1. iuris Orienta-
lis, in conſtit. 3. Nicephori, titulo περὶ σκευῶν ἱερῶν. erat autem hic Ma-
nichæus, qui tandem & miſere obtruncatus cœpit pœnarum æ-
ternarum certum argumentum exhibere, poſt mortem etiam
decaluato capite ludibrio habitus a Chrumno rege Bulgarorum,
Ioannes Monachus ſeu Zonara, in eius vita. & Ioannes Cuſpin. in
32 Cæſaribus, ſub Carolo Magno. ¶Scopus † & finis diſtinctionum e-
piſcopalium ſedium, & præfecturarum harum ſacrarum eſt, qua-
lis totius ſacri ordinis eccleſiaſtici, vt omnia cum ordine, & ad
laudem Dei, & in ædificationem eccleſię ſine confuſione fierent,
ne acephali clerici, veluti ſine fræno, remoto locorum intercape-
dine ſummo Pontifice opprobrio Chriſtiano nomini eſſent, &
quiſque in ſibi deputata contineretur cura, ſolicitudo eccleſia-
rum diligentius haberetur, & pleraque alia fierent, quę huic pon-
33 tificio muneri committuntur. ¶Et † quæ ad illos pertinent, vt
conſecratio virginum ſacrarum, cap. 1. de tempor. ordin. can. ſi iubet,
26. quæſtio. 6. dedicatio, conſecratio, & inauguratio, cap. per epi-
ſcopum, cap. 9. de conſecrat. eccleſiæ, vel alta. lib. 3. Decret. tit. 40. can.
nemo, de conſecrat. diſtin. 1. eccleſiarum. Ad epiſcopum etiam per-
tinet conſecratio, ſeu benedictio corporalis, ſeu lintei linei iuxta
ſtatutum Euſebii S.P. in capit. conſulto, de conſecratio. diſtinctio. 1.
De vaſis etiam & veſtimentis eccleſiæ, idipſum ſentiunt plures
poſt Thom. 3. par. quæſt. 72. art. 1. in cap. veſtimenta, & c. vaſa, diſt.
1. Alii dicunt, quod presbyteri ea poſſunt benedicere etiam præ-
ſente epiſcopo, in can. ecce. 95. diſtinct. can. quamuis, 98. diſtinct.
dummodo in benedictione chriſmate opus non ſit. Et ita Abba-
tes etiam intra ſua clauſtra poſſe benedicere: quidam tamen alii
id ad priuilegium illis conceſſum referunt, ex cap. Abbates, de pri-
uileg. in 6. cap. accedentibus, de exceſſibus prælat. Et ita etiam debere
abſtinere a conſecratione calicis Abbates & alios, eamque relin-
quere debere Epiſcopo, propter vnctionem, quæ ibi neceſſaria
eſt, dixit Geminianus in d. cap. abbates. quamuis contrarium vide-
atur ſentire in abbate, qui vtitur pontificalibus ornamentis, Car-
dinal. in Clement. attendentes, de ſtat. regul. facit capit. vnic. de ſacro-
ſanct. vnction. Mihi autem tuta videtur ſententia, dicere, benedi-
cere veſtes ſacras miſſæ, & ſimilia, non pertinere ad ſimplicem ſa-
cerdotem niſi ex delegatione vel priuilegio S. Pontificis. Conceſ-
ſit ita Sixtus quartus S. Pontifex ſacerdotibus ordinis Minorum,
vt poſſint benedicere quæcunque ornamenta eccleſiæ vel alta-
ris, vel ſacerdotales, & alia corporali excepto, vt ait Roſel. in ver-
bo conſecratio, § primo. Eadem conceſſit priuilegia Six. 4. fratribus
ordinis ſancti Dominici presbyteri. Tamen in priuilegio Mino-
rum Leonis 10. S.P. incip. Inter ceteros, quædam addita, quæ non
omnibus conceſſa videntur ſed certis, dum dicitur. Quodque ge-
nerales illius, necnon prouinciales, ac eorum vicarii eiuſdem or-
dinis Minorum, corporalia & alia ornamenta eccleſiaſtica ſuo-
rum locorum ac domorum, præter calices & patenas benedice-
re valerent, concedimus, itē ꝙ prædicti poſſint, quando epiſcopi
nolunt vel negligunt eccleſias, cœmeteria, capitula ſua vtique
ſolemni benedictione benedicere, & eas pollutas, vel ea polluta
quomodocunque, aqua prius per aliquem Catholicum epiſco-
pum, vt moris eſt, benedicta, reconciliare. Ordinatio clerico-
rum, titul. tempori. ordinatio. & titul. de ordinatis ab epiſcop. qui re-
nuntia. epiſcop. tota 71. diſtinct. aut facultas permittendi per lite-
ras commendatitias, quas dimiſſorias vocant, vt ab aliis ordinen-
tur, cap. primatus, cap. ab extraneo, 71. diſtinct. tota 72. diſtinct. ca.
fraternitatis, cap. 5. de clericis non reſiden. lib. 3. Decretal. titulo quar-
to. conficere chriſma, capit. illud, 95. diſtinct. can. ſi iubet ſanctitas,
26. quæſtio. 6. linire ſeu confirmare baptiſatos, can. 1. & ca. manus,
de conſecratio. diſtinct. 5. Solemniter anathematiſare, cap. debent,
11. quæſt. 1. eccleſias duas vnire, capit. ſicut vnire, de exceſſ. prælator.
Clement. vnic. § final. de rebus eccleſ. non alienan. vnam in duas di-
uidere, nouas erigere, cap. ad audientiam, in 1. in fin. de eccle. ædific.
Ex cauſa, propter morum correctionem bis in anno concilia ſeu
ſynodos cogere, can. propter eccleſiaſticos, 18. diſtinct. & in legibus
Francicis Caroli Magni, lib. 1. cap. decimotertio. iudex is etiam cle-
ricorum eſt ſuæ diœceſeos tantum ordinarius, alii extraordina-
rii, ca. ſcriptum, can. ſcitote, can. denique, can. placuit, can. de illis, 6.
quæſt. 3. can. per ſingulas, c. ſaluo, can. ſi autem, can. archiepiſcopus, ca.
conqueſtus, 9. quæſt. 3. cap. 1. de offic. ordinar. Et Honorius tertius,
ſummus Pontifex, hæc & res quæ horum cauſſa epiſcopo deben-
tur, vna conſtitutione refert, cap. conquerente, de offic. & poteſt. iu-
dic. ordinar. & ibi late interpretes. quæ & aliis iuribus ſuffulta eſt:
quæ ſunt canonica obedientia, cap. ſi autem vobis, & can. abſit, 11.
quæſt. 3. Diuus Ignatius epiſt. 5. & 6. Deuteron. cap. 17. ſubiectio &
reuerentia, Eccleſiaſt. cap. 7. & 1 ad Timoth. 5. can. ecce ego, 95. di-
ſtinct. can. fin. 99. diſtinct. inſtitutio & deſtitutio, can. cum ex iniun-
cto, de hæret. cap. cum & plantare, de pri. & correctio clericorum, c.
irrefragabili, & cap. licet, de offic. ordinar. reformatio, cap. viſis, 18.
quæſt. 2. cenſura eccleſiaſtica, cap. corripiantur, 26. quæſt. 3. cap. que-
relam, de verborum ſignificat. Iuriſdictio cauſſarum fori eccleſia-
ſtici, cap. ſi diligenti, de foro competen. fere per totam, 6. quæſt. 3. pœni-
tentiæ, cap. ſi epiſcopus, de ſenten. excommunic. in 6. vbi gl. numerat
caſus epiſcopales. ſacramentorum collatio, cap. cum inter vos, & ca.
quanto, de conſuetud. ſynodus, tota 15 quæſt. 7. ſynodaticum vel ca-
thedraticum, cap. cum canonicis, & cap. olim, de cenſib. cap. placuit,
10. quæſt. 3. quarta decimationum, can. vobis, can. conceſſo, & can.
placuit, 12. quæſt, 2. ca. cum ſuper, de ſepult. ¶Illud † tamen dignum 34
obſeruatione, vt tertia pars quæ ex decretis antiquorum conci-
liorum dabatur epiſcopis a parrochianis eccleſiis, ca. quatuor, &
ca. de reditibus, 12. quæſtio. 2. & ca. decreuimus, 10. quæſtio. 1. hodie
non detur, niſi eccleſiam ſartam tectamve conſeruent, ſed relin-
quitur curionibus cum hoc onere, can. placuit, can. priſcis, can. v-
nio, 10. quæſt. 3. Datur & epiſcopis quarta vel aliqua pars oblatio-
num, mortuariorum, vel ex conſuetudine, can. decernimus, can. de
his, can. antiquos, 10. quæſt. 1. cap. 1. cap. 2. cap. certificari, de ſepult. vi-
ſitatio annua, vel procuratio, moderatum auxilium, cap. cum A-
poſtolus, §. inhibemus, de cenſib. c. 1. §. fin. vt eccleſiaſt. benef. ſine qua-
que diminutione conferantur, can. cauendum, 10. quæſt. 3. Omnium
in ſumma eccleſiarum, monaſteriorumque regimen, ſolicitudo,
& cura pertinet ad epiſcopum loci, can. omnes Baſilicæ, 16. quæſtio.
7. can. obitum, 61. diſtinct. ca. Decretum, & ca. regenda, 10. quæſtio. 1.

Epiſcopus ſolus ſacerdotibus, & miniſtris honorem dare poteſt,
quamuis ſolus auferre non poſſit, *can.epiſco.67. diſtinct. cap.felix,*
*15.q.7.c.1 de hæretic.in 6.* Sed & in conſtitutionibus Caroli Magni
capitularibus tranſactis cum epiſcopis regni, cautum, vt epiſcopi
emendandi inceſtuoſos habeant licentiam, & corrigendi intra
ſuam prouinciam viduas auctoritatem, *in capitul. Caroli Magni,*
*cap.5.* Idem in Aquiſgrani ſanctionibus, iuſſit vt eorum, qui ordi-
nari cupiunt, fides & vita ab epiſcopo diligenter diſcutiatur, & ſic
ordinentur: quod & nouella Iuſtinianea comprehenſum eſt, *No-*
35 *uella.123.* ¶Demandata † etiam antiſtitibus ſacris cura annonæ, vt
iuſto pretio vendatur egentibus, *l.1.de epiſc.audien.* Hancq; ean-
dem Athalaricus rex Gothorum illis rurſum iniunxit, apud Caſ-
36 ſiodorum, *lib.9.Variar.epiſt.5.* ¶Chilpericus † rex Galliarum an-
te Sueſſonum, filius Clotharii regis Francorum, liberatus ab ob-
ſidione & periculo, quo cingebatur apud Tornacum a fratre Si-
giberto, donauit epiſcopo Craſmaro, fiſcum regium, vt aiunt in
Tornaco, cum quadam temporali iuriſdictione in Flandros, an-
no domini 578. *Meyerus lib.1. Annal.Fland.in eo.annot.* Et hodie
in Gallia in pleriſq; locis ex liberalitate principum, & iure clien-
telarum per eccleſias poſſeſſarum, etiam in laicos & iuriſdictio-
nem temporalem habent epiſcopi, & abbates: quæ notiora ſunt,
quã vt probatione indigeant, noſque alibi de fiſco epiſcopali agi-
37 mus. ¶Apud † Ruthenos ſeu Moſcouitas, vt refert Sigiſmundus
Liber Baro, *in Commentariis rerum Moſcouitarum,* epiſcopi notio
eſt, de diuortiis factis inter Kez, quos dicunt, id eſt, duces, & inter
quos dicunt Boiarones, id eſt, nobiles, & ſuper omnes ſeculares,
qui concubinas fouent: item ſi quando vxor marito non obſe-
quatur, ſi quiſquam in adulterio vel fornicatione deprehenſus
fuerit, ſi vxorem cõſanguineam duxerit, ſi coniunx coniugi quip-
piam mali machinetur, de diuinationibus, incantationibus, vene-
nis, de contentionibus propter hæreſin vel fornicationem ſuſce-
ptis. De Sodomitis, ſacrilegiis, mortuorum ſpoliatoribus, qui ab
imaginibus & ſtatuis ſanctorum amouerint, de iis qui canem, a-
uem, aut aliud animal immundum in ædem ſacram duxerint, aut
comederint: hiſq; pœnas imponunt, aut ſi filius parentes ſororeſ-
que acrius increpauerit, item menſuras rerum ſingularum ordi-
nare ſtatuereque debent ex concilio Toletano 3.can.16. epiſcopi
cum iudicibus ſecularibus idola deſtruere debent, & cap.17. de
iis qui necarunt filios agnoſcere. Apud nos etiam plura ſunt, de
quibus iuriſdictio ad epiſcopum pertinet: verũ de ea alibi dictum
eſt, *diximus in lib.artis Iuris, c.1.*
38 ¶In † ſymbolum dignitatis & poteſtatis huius, baculus paſto-
ralis datur, *c.diſciplina, 45.diſt.* Vt Moſi & Aaroni virga, *Exod.4.*
accipit autem a ſuperiore ſummo Pontifice, qui tamen non fert
baculum, cum ratione, cuius meminerunt, vt de baculo dato a D.
Petro D. Martiali hiſtoriæ, tum etiam quia is a nullo homine, ſed
a Deo accipit poteſtatem, *textus cum gloſſ.in c.1.§.fin de ſacra vnct.*
*lib.1.Decret.tit.15.C.* Hic baculus vncus ex more Romanæ eccle-
ſiæ, rationeſq; traduntur, vt ea poteſtate in Dei eccleſiam moroſi
& gentiles trahantur, & delinquentes inuiti cogantur ad men-
tem redire, *gl.pen.in d.§.fi.c.vni. de ſacra vnctio.* Item quia pedum
incuruum non lædat oues, ſed in viam redire ſine læſione cogat:
eſt tamen paſtoralis baculus cruciatus apud Ruthenos, *Sigiſmun.*
39 *Liber Baro, in reb.Moſcouitarum.* ¶Apud † Vtopienſes inſulanos
loco baculi præfertur cereus, *Thomas Morus lib.2.Vtopiæ.* vt ar-
bitror ſymbolum bonæ vitæ, quæ aliis in epiſcopo prælucere de-
beat. Datur & annulus epiſcopo tanquam ſponſo eccleſiæ, *ca.ſic-*
40 *ut vir, 7.q.1.* ¶Mithra † quoque vel cydaris bicornis, vt ſcientiam
vtriuſque teſtamenti capitis ſui eſſe ornamentum cognoſcat: &
aliquo modo metuendus populo videatur. Quemadmodum le-
gimus Moſis faciem cornutam viſam, cum de monte deſcẽderet,
*Exod.34.* Apud Moſcouitas archiepiſcopi, epiſcopi, & abbates,
mithras nigras, & rotundas ferũt: ſolus autem epiſcopus Noruo-
gardenſis albam bicornem more noſtro, *Sigiſm. Liber Baro com-*
*ment.de reb.Moſcouit.* Flamines quoq; apud idololatras Romanas
habebant pilea, *Aul.Gellius, lib.5.c.8.* & æſtate filio caput cinge-
bant, quia eo nudato incedere nefas habebatur, *Plinius lib.3.c.11.*
quemadmodum & ſacerdotes augures lituo vtebantur, *Liuius in*
*1.* id eſt, baculo incuruo, de quo Cicero, *quid lituus iſte veſter, quod*
*clariſſimum eſt inſigne auguratus, vnde vobis eſt traditus?* *Cicer.1.de*
41 *diuin.* ¶Conceduntur † & epiſcopo ſandalia, quæ vigilantiſſimam
gregis curam ſignificant: item veſtis linea ſumma, quę puritatem:
chirothecæque, quæ manus ab omni humana cõtagione conſer-
uandas eſſe admonẽt. Eſt & ſuperhumerale, cum myſterio, & re-
liqua ornamenta, quæ & in lege antiqua ſacerdotibus erant my-
ſtica, *Exod.28.* ¶Quia † igitur epiſcopis cura gregis Dominici per 42
partes fuit diſtributa, cum fiducia tantæ probitatis, placuit & ma-
ioribus, vt quilibet epiſcopus ſuo muneri ſumma fide inuigila-
ret, & ne ordinem turbaret decretum, in alias prouincias tranſ-
eundo. Vt enim coniugium corporale non poteſt ab homine, vt
a Deo coniunctum ſeparari, *c.19.D.Matth.* ſic nec coniugium ſe-
mel cum eccleſia ſua ab epiſcopo initum niſi ex cauſſa & a ſum-
mo Pontifice ſolum, *c.2.& 3.de translat.epiſcop.lib.1.Decreta.tit.7.*
*c.cauendum, c.quamuis, 3.q.6.c.mutationes, 7.q.1.* vt nec patriarchę
id liceat, *c.1.eod.tit.de translat.epiſ.* Decretum autem eſt in ſynodo
Nicæna de non transferendis epiſcopis, vt occaſio etiam ambitus
in eccleſia præcideretur, quod multa ex prenſatione competito-
rum eueniſſent mala, *Niceph.Calix.lib.12.c.16.* Et ſub Theodoſio,
epiſcopi omnes vna cum Nectario conſtituti Conſtantinopoli,
ſenatuſconſulto cauerunt, vt Nicenæ ſynodus decretum certum
eſſet, & iuxta antiquos canones epiſcopi in eccleſiis ſuis manẽtes,
non temere in aliarum diœceſium fines tranſirent, quod antea
facile fiebat propter perſecutiones, *Niceph.Calix.lib.12.c.13.Socr.*
*lib.9.hiſtor.Tripartit.c.13.* Ceterum canon de epiſcoporum in alias
parœchias mutatione, μετάβασιν, ὀ μετάθεσιν, id eſt, tranſitionem,
non mutationem epiſcoporũ prohibet. Tranſitio eorum eſt, qui
per arrogantiam, forte miſcendarum rerum gratia in thronos in-
ſiliunt, quæ inhibetur, non legitima trãslatio. ¶Nam † & primus 43
apoſtolorum Petrus eccleſiam Romanam gubernauit trãslatus,
& alii plures translati licite, quos refert Niceph. Calix. *lib.14.hi-*
*ſtor.eccleſ.c.39.* & Socrates *in hiſtor.Tripartit.lib.12.cap.8.* Epiſco-
porum reperiuntur ſpecies, eorum, qui titularii, & chorepiſcopi
appellantur. ¶Ambulatorii † etiam apud nos, & vt vocantur por- 44
tatiui reperiuntur epiſcopi, titularios vocat Synodus Tridentina:
ii enim vere epiſcopi aſſecuti ſunt dignitatem & poteſtatem & ti-
tulum. Verum non potiuntur fructibus ſui beneficii vel ſuæ ec-
cleſię, epiſcopali ſede ab Agarenis occupata. Ambulatorii & mo-
biles dicti epiſcopi, quod veluti a propriis exſules, poſſint vbicun-
que peruenerint conſentiente loci epiſcopo, & eo delegãte, mu-
nus epiſcopale obire. Poteſt namque quidem epiſcopus in ſua ſe-
de, quæ iuriſdictionis ſunt, cuilibet delegare, etiam non epiſcopo,
at quæ ordinis ſunt non poteſt niſi epiſcopo, *cap.penult.de conſe-*
*crat.eccleſiar.apud Gregorium.* ¶Quare † hic epiſcopus titularius, 45
poterit, vt delegatus ea, quæ ordinis ſunt vice epiſcopi in epiſco-
patu alieno peragere, veluti clericos ordinare, virgines, aut chri-
ſma conſecrare, & reliqua, quæ miniſterium exigunt conſecra-
tionis perficere. Epiſcopatus iſti titularii retinent prioris ſtatus
vmbram, & eos quibus conferuntur impellunt quodammodo, ſi
zelo Chriſtianæ fidei teneantur, eo vbi ſunt proficiſci, vt experi-
antur, ſi quid ex grege poſſint vel reſtituere in priſtinam ſalutem,
vel ſi qui adhuc inibi ſint, ſi liceat eo proficiſci, in fide conſeruent
ac nutriant. Et meo iudicio non alia ratione conferri debent iſti
epiſcopatus, nec aliis quam operariis pro vinea Domini mori pa-
ratis. Alioquin enim mihi videtur valde ambitioſus, & iniuriam
eccleſiæ Dei irrogare, qui prohibitam μετάβασιν, & tranſitionem
in alienos epiſcopatus prætextu ſpecioſi tituli, aucupatur, nullo
modo de grege, quem deſiderauit, ſolicitus.
¶Chorepiſcopi, † Græcis χωρεπίσκοποι, erant vicarii ab epiſco- 46
pis in aliquem locum diœceſeos miſſi, vt notat Budæus ex Baſi-
lio, *Budæus in comment.linguæ Græcæ.* De iſtis Damaſus Papa tra-
ctat *in epiſtol.4.in volumine conciliorum.* ¶Erat † illis officium cum 47
epiſcopis commune fere in omnibus, demto quod erigere alta-
ria non poſſent, nec eccleſias conſecrare, nec per impoſitionem
manuum fidelibus baptizatis, vel conuerſis hæreticis, paracle-
tum ſpiritum tradere, non chriſma conficere, non baptizatorum
frontes chriſmate ſignare, non publice quemquam pœnitentem
in miſſa reconciliare, auctore Leone ſummo Pontifice, *ca.quam-*
*uis, 68 diſtinct.* De Chorepiſcopis, concilium ſub Carolo Magno
Aquiſgrani habitum, Ancyrenſe ſtatuit, ne quicquam facerent
abſque licentia epiſcopi, in cuius eſſent diœceſi, *in legibus Franci-*
*cis, capit.19.* quod & in concilio Laodicenſi ſtatutum eſt, *concilio*
*Laodicenſi, cap.57.* Meminit & concilium œcumenicum Chalce-
donenſe, ne Chorepiſcopi, vel alii epiſcopi eccleſiaſticive mune-
ris participes, pretio vel nundinatione fiant. Quod Gennadius
patriarcha Conſtantinopolitanus rurſum ſynodali conſtitutio-
ne firmauit, *libro ſecundo Iuris Orientalis, in Gennadii conſtitu-*
*tione.* Is floruit circa annum domini 470. vt ait Tritemius *de*
*ſcriptur.eccleſiaſt.* Ante eum tamen inuenio Damaſum Hiſpa-
num ſummum Pontificem, qui cathedram conſcendit anno do-
mini 368. ¶Chorepiſcopos † iam improbaſſe, creſcentibus 48



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tam titulis clericorum, *can. Chorepiſcopi, 68. diſtin.* decreuitque tamen, ne quid Archidiaconi, quos vocabant Chorepiſcopos, aliquid moliantur contra epiſcopos, *Sigibert. & Iſidorus, in concil.*

49 ¶ Exſtat apud Gregorium Nazianzenum iuramentum & votum epiſcopale, quod omni ſpeciei epiſcoporum maiorum & minorum commune eſt, & Chriſtianorum, incipiens.

*Ὄμνυμι τὸν λόγον αὐτὸν, ὅ μοι θεὸς ἐστὶ μέγιστος*
*Ἐξ ἀρχῆς ἀρχὴ, πατρὸς ἀπ' ἀθανάτου,* &c.

Cuius ſumma eſt, vt iuret ſe fidem rectam ſeruaturum, non deſideraturum ſedem magnam, nõ quęſiturum opem aliunde, quam a Deo, humanam. Quod feciſſe ſemiarianos notat Epiphanius, dum ait, *ἔχοντες μεθ' ἑαυτῶν σαρκὸς δεξιὰν Κωνστάντιον τὸν βασιλέα, καὶ ἀποκρινόμενοι τὴν βασιλέως δεξιάν.* Habentes ſecum & carnis dexteram Conſtantium imperatorem, & per aſſimilationem præferentes, principis dexteram. Iurat inſuper ſe ſecundis rebus in ſuperbiam non iturum, nec malis ceſſurum, iura inter iudicandum ſeruaturũ incorrupte, ſe victurũ ſine inuidia, ſine ira, ſine detractione, ſine inertia, ſine odio, ſine vltione propria inimici: quod pauperes vacuos non ſinet abire, quod verbum Dei prædicabit.

## De Abbatibus. Cap. 13.

Tota 18. cauſ. in 2. parte Decreti Gratiani.


1 *Abba vox quid, & vnde.*
2 *Abbatis appellatio quando primum cœpit.*
*Hilario Anachoreta primus monachus, eod.*
*D. Antonius, eod.*
3 *Abbatis nomen ſuperbe vſurpatum, & reprehenſum.*
4 *Abba nomen dignitatis, & præpoſituræ.*
5 *Archimandrita quis.*
6 *Hetæriarcha quis dicatur.*
7 *Abbatum diſtinctiones ratione exemtionis regulæ commendæ, & varii ordinis.*
8 *In Abbates qui poſſunt eligi.*
9 *Abbatiſſæ ex quibus eligendæ.*
10 *Abbatiſſarum quæ debeat eſſe ætas.*
11 *Ad Abbatias rex Galliarum nominat.*
12 *Abbatis & abbatiſſæ electionis confirmatio ad quos pertineat.*
13 *Abbates benedici debent intra annum poſt electionem.*
14 *Abbatis, & epiſcopi differentiæ.*
15 *Abbates benedicti ſuos monachos benedicunt, dummodo ſint preſbyteri.*
16 *Abbatialis dignitatis ratio, & finis, & poteſtas ſeu iuriſdictio.*
17 *Abbas aut monachus non interſit nuptiis, non ſuſcipiat de Baptiſmo.*
18 *Abbatiſſa ſola non alloquatur virum, non velet virgines.*
19 *Abbatiſſæ quæ liceant, & prohibeantur.*


1 SVſpicantur quidam, Abba vocem, primam eſſe ex qua prodierit Pappa mutato b. in p. & ſublata prima vocali a. Hebræi vocant patrem אב ab. cui nomini Chaldæi & Syri ſuo more addunt in fine א a. vnde factum אבא abba, *D. Marc. 14. ad Roman. 8. ad Galat. 4.*

2 ¶ Titulus † hic & forma appellationis ex Anachoretis primum cœpit frequentari in Chriſtiana religione. Scribunt namque Sozomenes, *lib. 5. c. 10.* D. Hieronymus, *in vita Hilarion.* & alii, *Polydorus Verg. lib. 7. c. 1.* Hilarionem Anachoretam in ſaltibus Thebaidis Syriæ primum floruiſſe monachum, a quo plures viuendi formulam accipientes, eremi cultum in cœtum tranſtulerunt. Vixit & D. Antonius in Thebaica regione Ægypti, & inibi condidit monaſterium. Hunc innumeri poſtea ſecuti ſunt, qui ſuos duces & præpoſitos nomine patrio abbates dixerunt. Fuit hoc nomen primum tributum monachis, & ſolitariis venerationis cauſſa ab
3 iis, qui ſe tanquam filios edoceri & haberi nouerant. ¶ Poſtea † tamen in ambitionem apud quoſdam degenerauit, vt quondam etiam faſtidita ſuperbia eorum, qui volebant vocari. In quos inuehitur ſuperbiam deteſtatus D. Hieronymus, *in epiſtolam 4. ad Galat. c. 4.* dum ait, *Cum autem abba, pater, Hebræo ſermone Syrioque dicatur. & Dominus noſter in euangelio præcipiat nullum patrem vocandum niſi Deum, D. Matthæi, c. 23. neſcio qua licentia in monaſteriis vel vocemus hoc nomine alios, vel vocari nos acquieſcamus.* Lo-
4 quitur enim de iis, qui nulla cura aliorum donati, nullis præpoſiti ſe ita nominari deſiderant. Tranſiuit namq; hoc nomen in dignitatem & præpoſiturã monachorum, quod idcirco ab aliis quam a prępoſitis certis vſurpari vere ſine ſtultitia vel gloria nequit: ſollicitudinis potius, quam honoris appellatio, *gl. in c. tuam, ad verb. non aſcendat, de æta. & qualita.* ¶ Dictus † itaque olim abbas priſco 5
nomine Græcis *ἀρχιμανδρίτης* archimandrita, *l. nos reddentes, omnes de Summa trinitat.* quo tempore tyranni perſequebantur Chriſtianos, qui metu eorum in ſyluas & eremum ſecedebãt, & in ſpeluncis quæ *μάνδραι* dicuntur, ſe continebant, *ad Hebræos, c. 11.* Quare retento hodie nomine, ratione ſolitariæ vitæ, quam eligunt illi, quibus præſunt abbates, archimandritæ dicuntur. ¶ Item † & 6
*ἑταιρειάρχαι* hetæriarchæ: Siquidem apud Suidam *ἑταιρειάρχης* dicitur, *ὁ ἐξ ἑταιρείας ἄρχων*, princeps ſodalitii.

¶ In prouinciali Romano eccleſiarum, traditur monachorum 7
ordines S. Baſilii caput vocari archimandritam. Abbatum alii exemti a poteſtate epiſcopi diœceſeos, alii ei ſubditi, alii regulares, & tales omnes eſſe debent ex regula monaſterii, alii commendatitii, qui ſeculares clerici, in commendam abbatias habentes. Atque abbatum tot varia nomina, quot ſunt ordinum quibus præficiuntur nomenclaturæ.

¶ Eliguntur † iure abbates, vel ordinãtur illi tantum, qui in re- 8
gula eius aſceterii competenter inſtructi fuerint, *ca. officii tui, cap. 38. de electio ap. Gregor. quæ ſcientia requiratur in abbate tradit glo. §. deinde. de elect. in prag. ſanctione.* quo fit, ne laici huius dignitatis ſint capaces, nec ſeculares clerici aut presbyteri, *c. cum ad noſtram. & can. cum in magiſt. & can. cum cauſſam, de elect.* Cum alioquin beneficia regularia dentur regularibus, ſecularia tantum ſecularibus, *c. cum de beneficio, de præben. in ſex.* niſi per commendam ex gratia ſummi pontificis aliter ſtatuatur, vt ſuo loco dicemus, Deo fauente. Vnius monaſterii abbas vnus tantum eligitur, *can. clericus, 21. quæſt. 1.* vt ſtatutum eſt in concilio prouinciali, etiam Epaunesi tempore Gelaſii Papæ, & Sigiſmundi Regis. Et in cõcilio Cabillonenſi, ne duo vnius monaſterii eſſent abbates, *concil. Cabillonenſ. can. 25.* ¶ Poſſunt & eligi in abbatiſſas monaſteriorum veſta- 9
lium ſeu virginum ſacrarũ, fœminæ, & vna ex veſtalibus eius ordinis, cuius eſt abbatia, per alias veſtales iure, *can. indemnitatibus, de electio. in Sex.* eaque habebit iuriſdictionem in ſibi ſubditos, *c. dilecta, de priuileg. apud Gregor.* qualem abbas in ſua abbatia, *c. 2. de Iudic.* Eligitur illa præpoſita non minor annorum quadraginta, *can. nemo, 78. diſt. §. presbyteros. & ſequenti de ſanctiſſimis epiſ. collat. 9. auth. diaconiſſa, de epiſc. & cler. C.* & quæ poſt profeſſionem annos octo laudabiliter vixerit, nec tamen vna duobus monaſteriis præficitur: & ſi ea quæ eligitur aliam habeat abbatiam, tenetur intra ſex menſes, alteram emancipare & eiurare ex concilio Tridentino, *ſeſſione 6. in canonibus regularibus, can. 7.*

¶ In † ætate porro olim variatum eſt: nam aliquando ſexage- 10
naria, *can. Iuuenculas, 20. q. 1.* aliquando triginta annorum, *c. indemnitatibus. de electio, in Sex.* aliquando 25. eſſe debuit, *cap. cum in cunctis, §. inferiora, de elect. apud Gregor.* ¶ Iure † Gallico vt epiſco- 11
patus, ſic abbatiæ ad nominationem regiam pertinent, eneruata electionis antiqua formula, *tit. de regia ad prælaturas nominatio. in concordatis.*

¶ Confirmatio † electionis abbatum & abbatiſſarum, ſi mo- 12
naſteria exemta ſint a poteſtate epiſcopi diœceſani, a ſummo põtifice, *can. cum monaſterium, ca. 13. de electio. apud Gregor. c. ſi abbate. eo. tit. in Sex. cap. cum venerabili, de conſuetu.* alioquin monaſteria, vt reliquæ eccleſiæ diœceſeos iure communi ſubſunt epiſcopo, & correctioni & diſpoſitioni eiuſdem, *cano. abbates, 18. q. 2.* Et ipſe abbas, ſi criminis reus inueniatur, ab epiſcopo deponitur, etiam inuito conuentu, *can. abbas, & can. ſi quis abbas, 18. q. 2.* Neque is inconſulto epiſcopo eccleſiæ ſuæ res alienat, *can. abbatibus, 12. q. 2.* Et generaliter monaſteria omnia ſubiiciuntur, ſicut & eorum eccleſiæ, epiſcopo in lege iuriſdictionali, *c. conquerente, & c. dilectus, de offic. ordinar. can. cognouimus, & cap. hoc tantum, can. monaſteria. 18. quæſt. 2. can. interdicimus. 16. quæſt. 1.* quanquam non ſubiiciantur legi diœceſanæ in his, quæ iure monaſterii ex facultatibus & bonis piorum offeruntur, *can. cum pro vtilitate, 16. q. 1. can. ſi ex laicis quiſpiam, 10. q. 1.* Liquet autẽ ex iuris pontificii deciſionibus, in quibus eximuntur abbates monaſteriorum eccleſiæ, a pontificis diœceſani poteſtate, *can. ſeruitium, 18. q. 2.* Tradunt etiam, eccleſias illorum ſeculares, legi diœceſanæ epiſcopi ſubiici, *1. can. de his. & ca. antiquos canones, 10. q. 1. can. ſtatuimus, 12. q. 2.*

¶ Abbates † confirmantur, & benedicuntur poſt electionẽ in- 13
tra ann. *Clem. 2. §. ſtatuimus, de ſtat. mon.* loco conſecrationis epiſcopalis, *ca. 1. de ſupplen. neglig. prælat. not. in Clem. 2. de ſtat. reg.* Quã-
nis epiſcopus, & abbas in hoc differant etiam cum aliis multis, ꝙ 14
electus & confirmatus in abbatem, ante benedictionem acceptã dicitur abbas, *d. c. 1. de ſupplen. neglig. prælat. c. meminimus, de accuſ.* & ideo beneficia electi & confirmati in abbatem, poſt adeptam

pacificam poſſeſſionem vacant ante benedictionem adeptam, *c. de multa, de præbendis.* At epiſcopus ante conſecrationem, non vocatur epiſcopus, ſed electus, *c. tua, & c. noſti, de his quæ fiunt a præl. ſine cõſ. cap. c. niſi ſpecialis de auct. & vſu pal.* & poteſt retinere beneficia priora vſq; ad conſecrationẽ, vel donec tempus cõſecrationi conceſſum lapſum fuerit, *c. cum in cunctis, de præben. gl. in c. ſi gra-*
15 *tioſe, de reſcrip. in Sex.* ¶ Iure † conſuetudine ceſſante & priuilegio, abbates benedici debent ab epiſcopis proxime ſuperioribus, priuſquam illis liceat ſuos monachos benedicere, *§. cenſuit, de electio. & reſeruatio. in pragma. ſanctio.* niſi epiſcopus ter requiſitus, ſeu interpellatus, recuſaſſet benedicere, *cap. 1. de ſupplen. negl. prælat.* Benedicant autem & illi ſuos monachos, ſi ipſi ſacerdotes ſint, nõ aliter, & iuxta ſextam ſynodum, *cap. cum contingat, cap. 11. de ætа. & qualita. libr. 1. Decretal. tit. 14. can. quoniam videmus, 69. diſtinctio.* ſuis monachis primæ tonſuræ & lectoriatus ordines conferunt. Benedicere tamen publice populo non poſſunt, hoc enim illorum excedit poteſtatem: De qua, & de cura abbatis videto apud Innocentium 3. *in cap. cum ad monaſterium, cap. 5. de ſtatu monach. lib. 3. Decretal. tit. 35.* Gregorium 9. *cap. fin. de regul. & tranſeun. ad religio. lib. 3. Decretal. tit. 31.* & Alexandrum 4. *c. Abbates. cap. 4. de priuil. in Sex. libr. 5. tit. 7.*

16 ¶ Finis † & rationes inſtitutionis huius prælaturæ eiuſdem generis, ratione monaſteriorum & monachorum erunt, cuius ſunt quæ epiſcopalis dignitatis erga diœceſim. Habet enim Abbas & iuriſdictionem in ſuos monachos, ſi adulterium commiſerint, ſi peculiare habuerint, aut furtum fecerint, vt emendet & puniat, vel epiſcopo ſuo, vel Archidiacono puniendos deferat, ad hoc enim inſtitutus eſt, vt ſui regularis gregis curam gerat, vel ipſe in monaſterium pœnitentiæ peragendæ cauſſa truditur ex ſententia concilii Antiſidorenſis, *can. 23.* Videtur enim qui officium ſuum conniuet, & vitia diſſimulat, particeps ſcelerum eſſe, & nolle in aliis quæ ipſe gerit caſtigari: cum tamen abbas exemplar & vitæ probæ monachis eſſe debeat omnino a vulgaribus & ſecularibus, non tantum vitiis, ſed etiam congreſſu alienus. ¶ Quamobrem
17 & † eodem concilio Antiſidorenſi vetitum eſt, ne abbas aut monachus interſit nuptiis, *can. 24.* ne de baptiſmo filios ſuſcipiat, *eod. can. Antiſid. can. 25.* id eſt, ne ſit pater ſpiritualis luſtricus. ¶ Abba-
18 tiſſæ † quoque cum monialibus regulariter ideo viuere debent, vt placuit Moguntiacæ ſynodo, *in Moguntiaco concilio. can. 13.* & ab omni malo & mali ſuſpicione abeſſe: & ideo allocuturæ aliquem, comitem vetulam monialem habere debent, *cano. definimus, & can. in decima, 18. q. 2.* & ſolicitudinem vt honeſte, & religioſe ſibi commiſſæ viuant, ei namque velatæ & Deo conſecratæ
19 commiſſæ ſunt. ¶ Illa † tamen virginem vel viduam velare non poteſt: quod ſi fecerit excommunicatur, in decretis Eutychiani Papæ, *can. ſtatuimus, 20. q. 2. can. prædicandum, 20. quæſt. 1.* Quæ poſſit facere abbatiſſa, & quæ non permittantur, & in quibus minor eius ſit poteſtas, quam abbatis, vide tractatum, per gloſſam, & interpretes, & in textu c. dilecta filia, c. 12. De maioritate & obed. apud Gregor.

## De Monachis. Cap. 14.

De ſtat. Monach. Lib. 3. Decretal. tit. 35. Lib. 3. Sex. tit 16. Lib. 3. Clem. tit. 10. In Decreto Gratiani, per totam cauſſam, 16. 17. 18. 19.
De regul. & tranſe. ad relig. Lib. 3. Decretal. tit. 31. Lib. 3. Sex. tit. 4. Lib. 3. Clem. tit. 9. Lib. 3. Extra. commu.
De religioſ. domib. Lib. 3. Decret. tit. 36. Lib. 3. Sex. tit. 18. Lib. 3. Clem. tit. 11 Lib. 3. Exta. commu.

1 *Continuatio capitis ad ſuperiora.*
2 *Monachi nomen quid ſignificet.*
3 *Monachi finitio.*
4 *Solitudo per ſe ſine Dei contemplatione ad rabiem ducit, & periculoſa.*
*Dæmones in ſolitudine inſidiantes. eod.*
5 *Populus & turba a prudentibus vitari debent.*
6 *Solitudinis non otioſæ præconium, & vtilitates.*
7 *In ſolitudinem ſapientes etiam Ethnici ſe contulerunt, vt Pithagoræi, Plato, Pyrrho, Eleus, Sylla.*
8 *Sacerdotes ethnicorum ſolitarii.*
9 *Monachorum tria genera in Ægypto.*
10 *Eremitæ qui, & quales.*
11 29. *Teſtari non poſſunt monachi regulares, eremitæ poſſunt.*
12 *Eremitæ qui diu latuerunt inuiſi, Accepſemas, Pior, Dydimus, Paulus, & 14.*
13 *Simeonis de columna eremitica mirum.*
14 *D. Antonii auſtera eremitica vita.*
15 *Cœnobitarum monachorum inſtitutiones.*
*Benedictus Nurcius. eod.*
16 *Monachi, & fratris in quibuſdam differentia.*
17 *Monachi qui fieri poſſint.*
18 *Monachus quando poſſit ab vna in aliam tranſire regulam.*
19 *Monachi a quibus recipiantur.*
20 *Monachi probationis tempus, & profeſſionis ſolemnitas,*
21 *Monachi profeſſio expreſſa & tacita.*
22 *Monachi ætas quæ eſſe debet.*
23 *Monachus fieri non poteſt demens.*
24 *Monachos facit paterna deuotio, ſed ne infantes indeuotos verendum.*
25 *Monaſticæ profeſſionis vota generalia.*
26 *Proprietatem rerum eiurant eccleſiaſticæ perſonæ.*
27 *Paupertatis votum omnium clericorum.*
28 *Monachi peculium non debent habere.*
29 *Monachi & clerici maioris ordinis caſtitatem vouent.*
30 *Caſtitatem vouent eccleſiaſticæ perſonæ.*
31 *Nuptiæ monachorum, aut monacharum profeſſarum nullæ & deteſtandæ.*
32 *Caſtrati qui, & quando remoueantur a miniſterio eccleſiaſtico.*
33 & 35. *Fœminæ ne ad clauſtra monaſteriorum monachorum accedant.*
34 *Monachi non debent habere commatres.*
35 *Monachi ab inſtrumentis muſicis abſtineant.*
*Ne conuiuiis mulieres in monaſterio adhibeant. eodem.*
32 *Obedientiæ leges monaſteriis ſeruandæ.*

NON poteſt intercipi ordo, vt poſt abbates de monachis non 1
dicatur: ſiquidem perſonæ iſtæ relatiuæ ſunt: præpoſitus quippe monachorum, abbas: quamuis & monachis etiam alterius nominis alii præpoſiti dicantur, vt priores, miniſtri, vicarii, &c.

¶ Monachus † nomine μοναςὴς eſt, id eſt, ſolitarius, vt μοναςεία 2
ſolitaria, μόνος ſolus, μονὰς vnitas: vnde μοναχὸς ἐκ τῆς παραγωγῆς, deductione facta ex μόνος & εὐχὴ, & vt aliis placet, ex μόνος & ἄχος, a triſtitia & ſolitudine, quaſi ſit ſolus triſtis, *vt in cap. placuit, 16. q. 1.* Etenim ſine ſolitudine, & qui intra clauſtra non ſe continent, monachi non dicuntur, nec viuere vt tales, non ſecus, quam piſces ſine aqua, poſſunt, *dicto cap. placuit.* Vitare enim debent, vt vita nomini conueniat, hominum frequentiam, *c. ſi cupis, 16. q. 1.*

¶ Quamobrem, † monachus diffinietur, vir ſolitariam vitam 3
regula quadam ſancta diffinitam ſecutus, vt Dei obſequio, & rerum diuinarum meditationi liberius inſeruiat. Hæc finitio genus continet vitæ ſolitariæ, ſed reliqua differentiam conſtituunt inter vitam ſolitariam aliis de cauſſis electam & monachiſmum Chriſtianum, qui cum ſolitudine habet diuinum miniſterium, & iucundam in Deo vitam.

¶ Alioquin † enim ſi ea deſit, verendum eſt, ne in rabiem & 4
deſperationem ſolitudo deſiliat. Homo ſociale namque animal, *Ariſtoteles, 3. politic. cap. 4.* & mala facile perſuadet iniucunda & triſtis ſolitudo, nulli negotio virtutis intenta. Ideo enim, inquit Seneca, lugentem timentemque cuſtodire ſolemus, ne ſolitudine male vtatur, *Senec. lib. 1. epiſt. epiſt. 10.* Nec vir magnanimus ſolus poteſt omnia exſequi, ſicut non ſolent planetæ niſi geminentur aliquid moliri, *Iaſon de Mayno, in epithalamio Blanchæ Mariæ Auguſtæ.* Vt & Deus dixit, bonum non eſſe hominẽ eſſe ſolum, *Gen. 2.* & Eccleſiaſtes, *Væ homini ſoli, qui cum ceciderit, non habet ſubleuãtem, Eccleſiaſt. cap. 4.* Et ſentiunt Hebræi maxime omnium Dæmones noxios, quos ipſi מזיקק mizekek nominant, tum maxime inſidiari, cum homo ſolus eſt. Sicq; Rabbi hannina filius Hachinai dicit: *Qui euigilat in nocte, quique iter facit ſolus, & auertit cor ſuum ad vanitatem, ſeipſum reum facit mortis.* Sicque ſe habent verba Hebraica, *in lib. qui inſcribitur pirke abot. ſeu capitula patrũ. c. 3.* הנעוך בלילה: והמלב בדרכ יהידי והמפנה לבי לבטמה: הרי זה מתחיב בנפשו, quæ ſic leguntur, hanegor belaielach, vehamehaleb bedereciehidi, vehamiphanech libo lebatala horei ze mith haieb benapheſco. Qua ratione etiam ex eremo ſolitarii rectius in monaſteria & cœtus congregati ſunt, legibus viuendi præſcriptis, a prudentioribus, retenta ſancta ſocietate, & ablegata curarum & hominum ſeculo inſeruientium familiaritate & frequentia.

¶ Nam † & turbæ & populi conſortium prudentioribus quibuſcunque

buſcunq; vitandum eſt, dum nec inde quippiam commodi hau-
rire, nec vtilitatem eis conferre poſſunt: vnum exemplum luxu-
riæ aut auaritiæ mali multum facit: conuictor delicatus paulatim
eneruat & emollit: vicinus diues cupiditatem irritat: malignus
comes quamuis candido & ſimplici, rubiginem ſuam affricuit.
Quid tu accedere his moribus credis, in quos publice factus eſt
impetus? neceſſe eſt, inquit Seneca, *epiſtol.7 lib.1. epiſtolarum*, aut
imiteris eos, aut oderis. Et, vt Menander ait, *ὡς ἡδὺ τῷ μισοῦντι τοὺς
φαύλους ἐρημία*, *quam bona ſolitudo ei, qui malos odit.* Hincque pro-
diit illud Pythagoreum λάθε βιώσας. Quod etſi non ſemper aut in
omnibus non approbarit Plutarchus, *libello de eo ſingulari.* aliter
tamen placuit Poetæ qui ait, *Bene vixit qui latuit.* ¶ Platonico-
6 rum philoſophorum conuerſatio in lucis erat, vt Pythagoreorum
ſolitudo inſignis, *Cælius Rhodig lib.25.c.30.* Firmat id Porphyrius,
*Sapientes*, inquit, *diligenter olim omnia deuitabant, quæ animam
corpori affigere poſſent.* Sic Pythagorei & ſimiles ſapientes partim
ſe in ſolitudinē receperunt partim in lucis tēpliſq; viuebāt, vnde
pcul turba omnis ſubmoueretur. Plato elegit academiā inhabi-
tandā, agrum nō modo ſolitarium & ab vrbe ſemotum, ſed etiā vt
ferūt inſalubrē. Alii vero oculis minime pepercerunt, quo contē-
plationē intimam, nullis interpellatā & perpetuam cōſeruarent,
*Porphyr. lib 1. de abſtin. animal.* Solitudo ex ſententia D. Auguſtini
menti neceſſaria eſt, *D. Auguſti. tractat. expoſit. in euan.* Et ad Phi-
loſophiam ſecundum D. Chryſoſtomum *in D. Ioannem homil.41.*
neceſſaria. Quia, vt notat Marſilius Ficinus, ſolitudo philoſophan-
tibus non tam remiſſio mentis, quam intentio eſſe ſolet, *Marſil.
Ficinus, lib. 5. epiſtolarum, epiſt.9.* Solentque dicere quod Scipio
maior vſurpauit, *Cicero, 3. Officio. Nunquam minus ſe eſſe otioſos
quam cum otioſi, nec minus ſolos, quam cum ſoli ſunt.*
7 ¶ Et † prædicant, vt auctor eſt Heſychius Mileſius Illuſtrius,
*libro περὶ σοφῶν*, Pyrrhonem Eleum Anaxarchi comitem, ſolere
ſolitudines & receſſus captare, raro domeſticis videndum ſe præ-
bendo, idque feciſſe ab eo tempore, quo Indum audiuerat Ana-
xarcho exprobrantem obiicientemque, quod alium neminem
virtutem & bonum doceret, ipſe aulas regum colens atque fre-
quentans. Sylla, quem ferunt ad omnia feliciſſimum, & tantum
proſperitatis quantum conceperat adeptum, voluit ex tyranno
ſponte fieri priuatus: & ob id ad ſolitudinem & agreſtitatem de-
clinauit, profectus Cumas ad agros proprios, quo in loco mariti-
ma ſolitudine oblectatus, *Appianus Alexandrin. lib.1. bellorum ci-
8 uil.* ¶ Et † Plato tradit ſacerdotes antiquorum ſeparatos ab omni
turba, vitam egiſſe, *Plato in Timæo.* Sacerdotes quoq; Sicambro-
rum, qui poſtea dicti Franci, certis anni temporibus non in vrbi-
bus, ſed in ſolitudine commorabantur, quibus & cibus parcus in-
genii exercitatio ad diſcendum curſus aſtrorum, carminaque &
veterum hiſtorias continua, *Tritemius libr.1. Breuiarii annalium
hiſtoria Francorum in 3. rege.* Refert Philo Iudæus in Ægypto cir-
cum Alexandriam in colle terreno accliui, ſito ad ſtagnum Ma-
riam, ſuo tempore viſas ſacras ædiculas, quas Samnea vocabant,
ſeu monaſteria, vbi ſolitarii ſanctæ vitæ myſteriis darent operam.
Et poſtea permulta de horum vita recenſet, quæ ſpeciem cœ-
nobitarum deliniant, apud ipſum videnda, *Philo Iudæus, libro de
vita contemplatiua.*
9 ¶ Monachorum † tria genera fuiſſe in Ægypto ſcribit D. Hie-
nymus, vnum Cœnobitarum, quod illi *anſes* lingua vulgari & gē-
tili dicunt, communiter viuentium, aliud Anachoritarum, ab ho-
minibus longe in deſertū ſecedentium, id enim quoq; ἀναχώρησις
ſignificat. Tertium eorū, quos ipſi ſuo idiomate *remeboth* dicunt,
teterrimum & neglectum, quorum bini, terni, nec multo plures
habitant, arbitrio ſuo ſuaq; ditione viuentes, *D. Hieron. in regula
monachor. Franciſcus Syluius, in Commenta. ad Gryphum Auſonii.*
10 ¶ Antiquiores † ſunt inſtitutione eremitæ, qui ſoli viuunt, ho-
rumque liberior vita & vere ſolitaria & ſingularis, *c. qui vere, 16. q.
1.* nec legibus cœnobitarum tenētur, & proprium poſſidere poſ-
ſunt, *d. c. qui vere, & c. perlatum, § econtra, 19. q. 3.* Si qui tamē ex cœ-
nobitis regularibus profeſſis regulam aliquam in eremum ſece-
dant, arctioris ordinis & vitæ erunt: retinent enim primam pro-
feſſionem cui vltra addunt profeſſionem eremiticam, dum tamē
eam amplectātur ex cenſenſu ſuorum prælatorum, qui eam con-
11 cedere poſſunt, *cap. cum ex eod. de exceſſ. prælat. in Sext.* ¶ Sic † e-
remitæ ſimplices teſtari poſſunt, iſti cœnobitæ, & qui in cœnobi-
is fiunt eremitæ, non poſſunt, *cap. perlatum, 19. q. 3.*
12 ¶ Proprium † eremitæ eſt latere, ab omni ve conſpectu procul
abeſſe, vt ferunt Accepſemam in ſolitudine Cyri vrbis, in concla-
ui per annos 60. abditum latuiſſe, *Theodoretus, li.4. c.38.* vt & Pior
in eremo Scythica Ægypti, poſt annos quinquaginta vix aſpici ſe a
ſorore idque parumper paſſus eſt, *Socomenus, lib.6. c.29.* ¶ Et † Di- 13
dymus cum nonaginta annos vixiſſet, nulli hominum ad mortem
vſque ſe coniunxit, *Socrates, lib.4. Eccleſiaſt. hiſtor. c.23.* Simeon di-
ctus de Columna, in columnis minoribus ſeptem annis, in maio-
ri quadraginta cubitorum vitam egit triginta annis, atque cum
ſeptum circumcirca fieri mandaſſet, ferream catenam viginti
cubitorum comparauit, cuius initium quidem cuidam petræ ma-
ximæ appendit, alterum aūt dextro pedi adaptauit, vt nec ſi vellet,
abiret extra hos limites, *Theodoretus, in ſacra hiſtoria.* ¶ D. Anto-
nius † ſumebat panem, ſalem, & paululum aquæ, panem per tectū 14
immiſſum bis in anno, neque ab eo quidem qui immittebat vel
alio vnquam viſus, aut vllum cum eo aut alio aliquo colloquium
miſcens: eratque omnis ad ipſum aditus lapidibus obſtructus,
eamque viuendi rationem, per totos viginti annos tenuit, vt eſt
auctor D. Athanaſius, *in vita D. Antonii.* Vt & ex D. Hieronymo
didicimus, Paulum alium, eremum 16. ætatis ſuæ anno petentem
imperante Decio, in ea totam vitam traduxiſſe, a nemine inte-
rim, niſi a D. Antonio, idque ſub mortem ipſius vnquam conſpe-
ctum, *D. Hieronymus, in vita Pauli eremitæ.* Conſtantinopolitana
6. ſynodo cautum eſt, canone 4 .quoque, vt eremitæ qui in vrbi-
bus vagantur inter viros & mulieres, vel habitum monachorum
ceterorum ſumant, vel vrbe ſecedant ¶ Cœnobitarum † collegia 15
ex diſperſis ſolitariis inſtituit Benedictus Nurcinus in Vmbria I-
taliæ regione natus, quando ipſe ex eremo in Caſſium venit mon-
tem, iuxta Sublatum, Latinorum oppidum. Antea illi alibi erant,
vt diximus, congregati per cœtus ſolitarii, quibus leges deſcripſit
& deſcriptas ab aliis auxit Baſilius Magnus Cæſareæ Cappadocū
præſul, qui floruit circa annum Domini 383. Alias conſtituit D.
Auguſtinus. Sicque tribus formulis viuendi præſcriptis cœnobi-
tis, a DD. Baſilio, Auguſtino & Benedicto, propagatæ ſunt ſacræ
plures familiæ & ſodalitia, *cap. pernitioſam, 18. q.2.* quæ ſuperfluum
eſt enumerare, quod & nota ſint, & ea iam cumulate tractauerit,
Polydorus Vergilius, *libr.7. de Inuentor. rer. 2. cap.3.* apud quem et-
iam legito de canonicis regularibus, Carthuſianis, Hieronymia-
nis, Carmelitis præmonſtratenſibus, crucigeris, & aliorum men-
dicantium, alteriuſque ordinis familiis, *vide & Polydor. Verg. lib.7.
cap.4.* De quibus etiam fuſius Bartholomæus Chaſſaneus, *in ca-
talogo, gloriæ mundi, 4. par. conſideratione 52. & ſequentib. plur.*
¶ Sunt † quidā tamen qui monachi nomine vocari diffugiunt, 16
quamuis ex inſtitutione monachorum ſint, & regulam profeſſi
ſint, frænum ſibi laxantes, & fratres ſe dicunt, inter fratres, & mo-
nachos cōſtituentes diſcrimē, & diuerſa eſſe monaſteria fratrum
& collegiorum & monachorum putant, *notant neoterici interp. in
c. cauſſam quæ, de iudic. apud Gregor. gloſſ. in regul.3. cancellariæ In-
nocentii 8.* ¶ Monachi † fieri poſſunt ſeculares & clerici, etiam in- 17
uito epiſcopo, eo tamen prius conſulto, ſi eccleſias illius teneant,
*c.1. & 2. 19. q.1. c.1. & 2. 19. q.2.* Aliquando tamen in Gallia nō licuit
inter Francos libero homini ſe dedicare monaſterio, niſi conſul-
to principe. Nam aliqui in monaſterium tranſibant, non ſtudio
pietatis, ſed vt pericula bellorum & ciuilium munerum functio-
nes euitarent: aliqui, quod opibus pollerent a callidis monachis
circumueniebantur, illos veluti piſces in naſſam pellicientibus:
proinde legitimis quoq; teſtibus opus erat, ſi quis aliquid eccleſię
donare voluiſſet, *Beatus Rhenanus, lib.2. rer Germanicarum.* ¶ Ho-
die etiā iure pontificio ab vno in aliū non licet diuerſum, *c. nullus* 18
*abbas, 19. q.2. c. ſanctorum, 70. diſt. c. clericos, 71. diſt.* trāſire ordinem,
niſi in arctiorē regulam, & licentia petatur ab eius ordinis quem
relinquit prælato, *can. licet, de regular. & tranſeunt. ad relig. c. mo-
nachum, 20. q.4.* Qui coniugati ſunt nō poſſunt monaſterio ſe de-
dicare, niſi vterque coniugum monaſterium ingrediatur, vel ca-
ſtitatem perpetuam iuret ſe ſeruaturum, altero ingrediente, *ca.
quidam, & ca. cum ſis. c. vxoratus, c. placet, c. veniens, & ſequenti, de
conuerſ. coniug. 33. quæſt.5. & cap. ſunt qui. cum 2. ſeq. 27. quæſt.2.* aut
ingrediantur ante matrimonium conſummatum, *cap. 2. & can.
ex publico. de conuerſ. coniug. cap. commiſſum, de ſponſal. l. Deo nobis,
de epiſcop. & cleri. C.* ¶ Fiunt † & admittuntur monachi a præpo- 19
ſitis monaſteriorū, & monachorū vt plerumq; aſſenſu & conſilio,
probatione prius facta, num & ipſe qui monachus fieri deſiderat,
iugum poſſit ferre monaſterii & regulæ. ¶ Et † num ēt monaſte- 20
rio is idoneus videatur, ſubſecuta profeſſione, quæ fit ſolemni-
ter teſtatione facta, & publice ſe velle votum & regulam eius
ordinis & religionis ſequi, ſcriptura interueniente, & a profiten-
te ſubſcripta, *cano. vltimo, 20. quæſt.1. can. omnes, 19. quæſt.3.* cum
habitus mutatione, *ca. in multis, 16. quæſt.1.* quæ ſola non facit mo-

nachum ſine profeſſione, c.3. de regul. ap. Gregor. cap porrectum no-
bis, eod. titul. vt nec illa profeſſio facta ante annum probationis ad
minus obligat, ſiue de fœmina ſiue de maſculo agatur, c. ad apoſto-
licam, 16. de regularib. apud Gregor. c. conſulti, 20. eod. tit. cap. Gonſal-
dus, 17. q. 2. ca. monaſteriis, 19. q. 3. ca. puella, 20. q. 2. Et interdum, in
clerico incognito biennium, interdum triennium exigitur pro-
bationis faciendæ cauſſa, dict. ca. monaſteriis, & c. ſi quis incognitis,
21 17. q. 2. in ſynodo 6, Conſtantinopolit. c. 41. ¶ Ignorandum † tamen nõ
eſt profeſſionem & expreſſam, & tacitam eſſe, de quibus viden-
dus Angelus Clauaſius, in ſumma, in verb. profeſſio, & in verbo no-
uitius, num. 12. & cap. 4. de regularibus per ſuſceptionem habitus pro-
feſſorum in c. ſuper, eod. titul. cap. ex parte, & cap. ſtatuimus, eod. In v-
22 traque ætas legitima interuenire debet in maſculis ſecundum ius
pontificium, 14. annorum, in fœminis 12. c. 1. de regular. in Sex. cum
ſimilib. c. 1. & c. ad noſtram, eod. tit. apud Gregor. hodie porro in ma-
ſculis Gallica iura 25. annos, in fœminis 20. deſiderant, in conſtitu-
tionibus Gallicis habitis Aureliæ, in comitiis, artic. 19. Tridentina ſy-
nodus iuri conſentit antiquo, in Tridentina ſynodo, ſeſſione 9. in ca-
nonibus regularium, cano. 15. 16. 17. Vtroque iure tamen in inſulis
deſertis, vbi auſterior ducitur vita, prohibitum in monaſterio ſuſ-
cipere pueros ante octodecim annos, ca. quia autem in inſulis, 20.
quæſt. 1. ca. quia in inſulis, cap. 6. de regular. & tranſeunt. &c. ¶ Ne-
23 que † etiam licet dementes admittere in religioſos, nec admiſſi
pro monachis habentur, niſi ſanæ mentis facti comprobarint re-
ligionis poſſeſſionem, can. ſicut tenor. cap. 15. de regular. ca. Gonſal-
dus. 17. q. 2. Licuit & parentibus, filios in infantia conſtitutos mo-
naſterio dedicare.

24 ¶ Placuit † & paternam deuotionem monachum facere, vt
non poſſit poſtea pubes factus ad ſeculum redire vel nubere, can.
addidiſtis, can. monachum, cap. quicunque 20. q. 1. exemplo Samue-
lis, 1. Reg. 1. Deſiderarem tamen ego, vt in iſtis oblatis, quemad-
modum in Samuele, eſſet & illorum ſpontanea perſeuerantia:
verendum enim eſt, ne aliquando, paterna deuotio irreligioſos
conſtituat. Poteſt & filiusfamilias etiam inuitis parentibus mo-
naſterium ingredi, & nec ideo a patre exheredabitur iuſte, ſed cõ-
ſequetur legitimam ex eius bonis, l. vt non liceat, l. 55. de epiſcop. &
cleric. C.

25 ¶ Monachi † omnes in profeſſionis formula quædam cum a-
liis monachis vota generalia emittunt, & quædam religionis, cui
ſe mancipant ſpecialia. Generalia illa tria, proprietatis abaliena-
tio, caſtitas, & obedientia ſuperiorum: particularia alia ex regu-
lis ordinis iurantur. Generalia ſunt etiam communia perſonis a-
liis eccleſiaſticis, non monachis, ſi imitentur apoſtolos dicentes
Deo, Ecce nos reliquimus omnia, D. Matthæi, 19. D. Marci, cap. 10.
26 ¶ Conſiſtit † enim vitæ perfectio in contemtu rerum ſeculi, & in
diſpenſatione propriorum in pauperes, iuxta illud Dominicum
præceptum, ſi vis perfectus eſſe, vade, vende omnia quæ habes, da pau-
peribus, & ſequere me. d. c. D. Matthæi, 19. & D. Marc. 10. & D. Lu-
cæ, c. 18. Quod & ſecuti ſunt omnes cuiuſq; gradus etiam non ec-
cleſiaſticæ perſonæ, Chriſtiani, Actuum, 5. contenti alimentis, &
quibus tegerentur ex dogmate D. Pauli, 1. Timot. 6. Contemnen-
tes diuitias, quæ pungunt & ſuffocant verbum Dei, D. Matthæi, c.
27 14. & D. Marci, 4. & D. Lucæ, 8. ¶ Quod † & Ethnicorum pleriq;
ſapientiores fecerunt. Et clerici quidem omnes ex lege ſuæ pro-
feſſionis paupertatem & votum paupertatis amplectuntur, vtpo-
te quibus omnia vileſcere debent, vt ſtercora, D. Paul. ad Philip-
pen. 3. expreſſe autem regulares omnes & monachi renuntiant re-
rum proprietati, c. 2. & c. cum ad monaſterium, de ſtat. monach. Et
quamuis in communi quædam poſſideant, tamen propria ſingu-
li non habent, neque etiam quidam illorum in communi, vt qui
ex legibus viuunt ſancti Franciſci, Clem. exiui de Paradiſo, de verb.
28 ſignif. ap. Clem. ¶ Concilio † Lateranenſi cautum eſt, ne monachis
peculium concedatur habendi facultas, ca. 2. de ſtat. monah. Et ali-
bi Alexander 3. Ciſterſienſis ordinis monachis inhibuit, ne, con-
tra inſtitutionem patriam ordiniſque regulam habeant villas, ec-
cleſias, altaria, officia iudicum ſecularium, ca. 3. eo. tit. de ſtat. monac.
Cautum itaque, vt monachus qui conuictus fuerit proprietatem
habere rerum, cum moritur, nec voluerit, quod ante regulã clam
habuerit, eiurare, ſepultura Chriſtiana priuetur, & ſepeliatur in
ſterquilinio, ca. ſuper quodam, & c. cum ad monaſterium, de ſta. mo-
nach. Symbolum eius eſt quia tondentur monachi, vt omnia ex-
terna ſe iuraſſe proteſtentur, vt dicemus in tonſura & in ſacris or-
29 dinibus. ¶ Quare † nec teſtamentum facere queunt, vtpote ni-
hil habentes poſt ingreſſum monaſterii, cui vna cum propria per-
ſona omnia, quæ habent, conſecrant, c. quia ingredientib. & c. præ-
latum, 19. q. 3. auth. ingreſſi, de ſacroſ. eccleſ. C. niſi liberos habeant
quibus poſt ingreſſum religionis legitimam diſtribuere licet, re-
liquis bonis monaſterio quæſitis, c. ſi qua mulier, 19. q. 3. auth. ſi qua,
de epiſc. & cler. C. ¶ Caſtitatem † vouent non ſolum monachi, ſed 30
aliorum maiorum ordinum clerici, ſubdiaconi, diaconi, & preſ-
byteri, virgines veſtales, epiſcopi, quibus omnibus interdicuntur
concubinæ & nuptiæ, c. pen. & aliis cc. 27. diſt. l. eũ qui, & auth. mul-
to magis, & auth. epiſcopo, de epiſc. & cleric. §. ſed & ſi quis, de nupt. in
auth. coll. 4. facit tota 28. diſt. in Decreto Gratiani, & ca. interdixit,
& ca. hoſpitiolum, 32. diuin. ca. quorundam, 34. diſt. ¶ Et † D. Chry- 31
ſoſtomus arbitratur, monachorum qui caſtitatem profeſſi ſunt
nuptias peiores eſſe adulterio, & ſeparari & eos monaſterio reclu-
dendos, D. Chryſoſt. homilia 21. ad Theodorum monachum. Vt & de
monialibus profeſſis cautum eſt, ca. & quia, & can. vt ſex, 27. q. 1.
vt nuptiæ illarum potius inceſtus ſint, c. fin. 27. diſt. & qui cum illis
rem habent ſeu commiſcent inceſtum, ipſo iure ſunt excommu-
nicati, cap. impudicas, & c. ſi qua virgo, 27. q. 1. ¶ Sunt † enim iſtæ 32
perſonæ ex numero eorum, qui ſe caſtrauerunt propter verbum
Dei, vt ait ſacra ſcriptura, D. Matthæi, cap. 19. id eſt, ſe ſponte a ve-
nereis abdicarunt, conſtituentes in corde ſuo, ſuam virginitatem
conſeruare caſtam. Non enim locus ille de caſtratione membro-
rum genitalium corporali intelligi debet. Etenim qui eam ab-
ſciſſionem in ſe moliti ſunt ſponte, ab altaris miniſterio ſacriſque
repelluntur ordinibus, niſi ægritudo coegerit exſcindendi, vel iis
inuitis ab hoſtibus, vel in cunis contigerit caſtratio, cap. ex parte,
& c. ſignificauit, de corpore vitiatis non ordina. cap. ſi quis per ægritu- 33
dinem, 55. diſt. ¶ Iure † etiam cautum eſt, vt omnis ſuſpicio mali
arceatur, ne mulieres quacunque ex cauſſa ad monaſteriorũ clau-
ſtra accedant, cap. peruenit, 18. q. 2. ¶ Neue † monachi commatres 34
ſibi faciant, dict. cap. peruenit. Apud Ruthenos ſeu Moſcouitas, ex 35
laudabili inſtituto, monachi viuentes ſub archimandrita abbate,
vel prioribus, quos vocant Igumenos, ſi cithara, aut alio muſices
inſtrumento vtantur, grauiſſime puniuntur. Lexque Ioannis Me-
tropolitæ Moſcouiæ, Sigiſmundus Liber Baro in Chronographia
Moſcouiæ. in monaſterio conuiuia aduocando mulieres ne habeantur.
Atque in Ruſſiæ ducatu Moſcorum, monaſterium eſt in Solo-
mulki inſula Septentrionem verſus, inter Duuillam & Corelam
prouincias, in quod mulierem aut virginẽ ingredi magnum pia-
culum eſt: ſicut & Charthuſiis impium. ¶ Obedientiæ † leges in 36
monaſteriis præcipuæ habentur, ca. cum ad monaſterium, § abbas,
de ſtat. monach. c. qui culpatur, 23. q. 1. quod ſi monachi nolint obe-
dire, excommunicari poſſunt a priori vel abbate, cap. cum in eccle-
ſiis, c. 10. de maio. & obed. Leges propriæ in regulis ſeu conſtitutio-
nibus ordinis conſcriptæ a monachis ſeruari etiam debent, c. re-
colentes, de ſtat. monac. & leges monaſticæ communes, quarum ali-
quas proferemus quæ in corpore iuris pontificii, & apud patres
repetiuntur.

## De Legibus quibuſdam monaſticis. Cap. 15.

1 *Monachi lineis induſiis non vtantur.*
*Monachorum veſtitu qualis.*
2 *Silentium monachis vbi indictum.*
3 *Monachi clauſtrum ne exeant, ne vagentur.*
4 *Monaſteria olim extra vrbes ædificata.*
5 *Monachis militare iuſſit Valens.*
6 *Monachi ſolitaria quæ vita.*
*Monachis prohibitum alios quam fratres ſepelire, nec aliis pœnitentiam dare, non prædicare, docere, &c. eod.*
7 *Monachi curiones fieri poſſunt.*
8 *Carne abſtinere iuſſum omnibus ſemper, & quare. Item 9. & ſeq. & 12.*
9 *Carnes animalium a dæmone creatas vitandas dixit Manichæus & Priſcillianus.*
*Carnes vllo modo guſtare recuſans excommunicatur.*
10 *De carnibus non edendis error Pythagoreorum ob animas in animalia transfuſas.*
11 *Carnium non edendarum rationes.*
12 *a Carnibus qui ethnici abſtineant.*
13 *Otioſi ne ſint monachi.*
14 *Monaſticæ leges apud quos auctores tractantur.*
16 *De monaſteriorum reformatione, & conſiliis ſeu capitulis eorum. Viſitatores, eod.*
17 *Monaſteriorum reformatio ex quibus perſonis fieri debet.*
18 *Monaſteria epiſcopo ſubiecta, niſi exemta.*
19 *Monachi quando corrigi ab abbate, vel epiſcopo poſſunt.*

20 *Mona-*

20 *Monachus in diuerſis monaſteriis locum ſeu monachatum habe-
re nequit.*
21 *Monachi & monachæ habitum propriæ religionis ſemper defe-
rant.*

1 INTER † leges, quæ monaſteriis & regularibus fere omnibus
communes ſunt, illa eſt formula viuendi, ne lineis induſiis v-
tantur, *cap. cum ad monaſterium, de ſtat. monach.* veſtitu decenti v-
tantur, qui qualis ſit docebit D. Auguſtinus, *epiſto. 199.* D. Ambro-
ſius, *de inſtitutione virginis, & epiſtol. 36. & 1. de virginitate,* Grego-
rius Nazianzenus, *in exercitatione ad virgines.* Hieronymus, *in Hi-
lario.* Chryſoſtomus, *homilia 69. in 21. Matthæi.* D. Athanaſius, *de
virginitate.*
2 ¶ Alia † in oratorio, refectorio, dormitorio, continuum ſilen-
tium obſeruent, in clauſtro quoque horis certis, *dict. cap. cum ad
3 monaſterium.* ¶ Monachi † in clauſtro ſe contineant, ne vagentur,
& ſi abſint annuatim, requirantur, & vt fugitiui in monaſterium
retrudantur, *c. ne religioſi, c. 24. de regularib.* Cœnobitarum ange-
lorum vitæ ſimilem eſſe conuerſationem dixit Theodoretus, ſi a
negotiis ſecularibus abſtineant, quod omiſſis curis ſeculi Deo ad-
miniſtrant, *Theodoretus, lib. 3. de curatio. Græcarum affectio.* ¶ Idcir-
4 co † ſolebant ex prima inſtitutione cœnobitę ſeorſum ab aliis ho-
minibus habitare, & ſeorſum monaſteria ædificari iuſſum, *c. lumi-
noſo, 18. q. 2.* Et Theophilus Imperator orientis Michaelis filius,
edixerat, ne monachis vrbem intrare liceret, iuſſeratq; eos omni-
modo arceri, *lib. 1. Iuris Orientalis in conſtit. 2. Theophili, tit. περὶ ἀ-
πελασίας τῶν μοναχῶν, id eſt, de expulſione monachor.* Idipſum & in
Chalcedonenſi concilio ſtatutũ, *can. quidam monachi, 16. q. 1.* Ne-
ve ſe negotiis ſecularibus immiſcerent, *rub. ne cler. vel monach. ſe-
5 culari. negot. ſe immiſc.* ¶ Cui † conſtitutioni vim aliquando intulit
Valens orientis Cęſar, hæreticus Arrianus, legem ſtatuens, vt mo-
nachi militarent: & ſi nollent per tribunos impune occiderẽtur,
6 *Eutropius ſcholiaſtes Niceph. Calixti, in lib. 9. c. 16.* ¶ Monuit † autẽ
ſynodus Nicena, vt conuerſatio & vita monachorum, ſecundum
etymon nominis, ab omnibus diſcrepet. Monachus degat ſingu-
laris, non impartiat pœnitentiam, vel ſepulturam niſi confratri-
bus, *c. placuit, in 1. & 2. 16. q. 1. c. ſi cupis. eod.* Se & mundum lugeat,
nec docentis putet ſe habere officium, *c. monachus non docentis, 16.
q. 1.* non det publicas, ſine epiſcopi conſenſu pœnitentias, nõ poſ-
ſit infirmos viſitare, vel vngere, miſſas publicas cantare, chriſma
oleumque conſecrationis altarium facere, potiſſimum ſi ſit ordi-
nis ſancti Benedicti: nam eius ordinis monachus, non poteſt vi-
cos aut ciuitates peragrare, nec prædicare, niſi intra clauſtrum, vt
quando quis in fratrem recipitur & fit monachus, *c. interdicimus,
can. peruenit, can. iuſta, 16. q. 1.* Nec clauſtralis monachus populum
ſeu plebem regere: & ideo in eccleſiis monaſteriorum, quæ ple-
bem habent & parœchos, præfici oportet ſeculares clericos, *c. 1.
de capellis monachor. cap. monachi, de ſtatu monach.* Nec monachus
in prioratu ſolus poteſt cum populo remanere ſine expreſſa con-
cilii Lateranenſis derogatione, ſed remittitur ad clauſtrum, *c. fi. §.
recipimus, de ſta. monachor. c. peruenit, 18. q. 2.* Ad curiones eccleſia-
rum proprie pertinet officium prædicandi, & exhibitio ſacramẽ-
torum, non ad monachos, niſi ad hoc munus diſpenſentur legiti-
me, *c. adiicimus, 10. q. 1.* vel illud exſequantur conceſſa licentia per
curiones proprios, *gloſſ. in dict. can. adiicimus, & ca. ſic eius, 16. q. 1.*
7 ¶ Quia † & aliquãdo ex monachis, ſi idonei ſint, curiones, fieri poſ-
ſe placuerit, *ca. in parœchia, 16. q. 1.* Eccleſiæ quippe neceſſitas hoc
ſuadet & expoſcit & iubet, idoneos ad eius curam promoueri po-
tius, quam in eremo recludi. Sic & illi antiqui prophetæ princi-
pes eremitarũ Elias, Eliſæus, D. Ioannes, D. Antonius, & Aphraa-
tes, prodierunt ex ſpeluncis & nemoribus vaſtiſque deſertis, vt
dum opus fuit, verbum & legem Dei diſſeminarent, & hæreticos
retunderent, *Athanaſius, in vita D. Antonii, Theodoretus, lib. 8. Ec-
cleſiaſticæ Tripartit. hiſtor. c. 4.* Et eremum aliquando deſerendam
docuit ſuo facto & exemplo D. Hieronymus, & literis quoq; con-
ſignauit, *D. Hieron. ad Ruſticũ ſcribens.* Præclara ſunt quæ Aphraa-
tes monachus reſpõdit Valenti Cæſari Arriano, exprobrãti, quod
clauſtra deſereret, quæ videto apud Theodoricum, *libr. 8. hiſtoriæ
Tripartitæ c. 4.*
8 ¶ Quarta † lex monaſtica, ne in refectorio ſeu cœnaculo com-
muni vllus monachorum carne veſcatur, *dict. ca. cum ad mona-
ſterium, § in refectorio, de ſtat. monach.* nec in noſocomeio ſeu vale-
tudinario, vocant infirmariam, niſi ſuadente & depoſcente mor-
9 bo, *ca. carnem, de conſecrat. diſtinct. 5.* ¶ Non † quod carnes, veluti
creatura immunda, deteſtabiles ſint, & quod ab illis tanquam a
Dæmone creatis, abſtinẽdum ſit, hæc enim eſt Manichæorum &
Priſcillianiſtarum damnata hæreſis, *D. Auguſtinus, de hæreſi. ad
Quoduultdeum.* Sed quia abſtinentia ab vſu & eſcis carnium vtilis
idoneaque viſa fuerit monaſticæ vitę. Quare in concilio Braccha-
renſi ſtatutum, vt quicunque in clero cibo carnium non vtuntur,
ad tollendam ſuperſtitionem Priſcillianę hæreſeos, vel olera cocta
ſaltem cum carnibus prægustare cogantur. Quod ſi neglexerint,
pro ſuſpicione iſtius hæreſis, excommunicentur, & ab officio re-
moueantur, *concilio Braccha. 1. c. 32.* ¶ Error † enim ſententiæ de 10
animalibus ille, alienus eſſe debet ab omni Chriſtiano: vt alius
Pythagoreorum, qui abſtinebant ab eſu carnium & animalium,
quod arbitrarentur animas hominũ in corpora animalium tranſ-
ire, *vide Lucian. in Gallo, & Porphyrium, lib. 4. de abſtinentia ani-
mal. Ouid. lib. 15. Metamorph.*

¶ Porphyrius † autem rationem abſtinentiæ animalium ab i- 11
ſtis diuerſam tradit inſtituto cõuenientem. *Abſtinere,* inquit, *Por-
phyrius, lib. 11. de abſtinent. animal. ab animalibus præcipimus, non ta-
men omnibus, ſed omni duntaxat diuina contemplaturo, qui ſane ani-
maduertit huius habitaculi veneficia quod inhabitamus: Deus eſt
ſimpliciſſimus, & qui eum eſt contemplaturus, & ei a contemplatione
vniri deſiderat, non tantum verbo, ſed bonis operibus ſibi puritatem
conciliare debeat, ſenſuſque emundare. Item victus tenuitas ad con-
ſeruandam ſanitatem pertinet, nec philoſophaturus Milonis athletæ e-
get robore, nec proinde eius copioſo bruto alimento.*

¶ Atque † idem auctor refert, *Porphyr. 4. de abſtinent. animal.* 12
Dicæarchum ſcripſiſſe, antiquos Græcos tanquam proxime Deo
genitos, optimos fuiſſe natura, ac vitam optimam peregiſſe, eos
autem ab animalibus abſtinuiſſe. Annotat quoque ex Ægyptiorũ
ſapientibus, pleroſq; abſtinuiſſe ab animalibus, teſte Chæremo-
ne, item Eſſæos ſapientes Iudæorum & Indorum Bragmanas, Sa-
mneos, Gymnoſophiſtas. Scribit idipſum de philoſophis Indiæ,
qui habitabant circa montes Hyperboreos Strabo, *lib. 15. Geogra.*
Pomponius Mela quoque notat, *lib. 1. de ſit. orbis.* Atlantes in Cy-
renaica regione, non veſci animalibus. Sicuti nec ante diluuium
vſus erat hominibus carnium animalium, qui conceſſus eſt deſic-
cato orbe, *Geneſeos, c. 9.* ¶ Itaque † mirum videri non debet, ſi hæc 13
carnium abſtinentia impoſita fuerit ſolitariis, qui pœnitendi vi-
tam ſibi delegerunt, quique & maiorem & ſanctiorem profiten-
tur philoſophiam, quã ethnici. Multo magis etiam abſtinere de-
bebunt ab ebrietate, & crapula: luxurioſa enim res eſt vinum, &
contumelioſa ebrietas. Et omnis qui cum huiuſmodi hominibus
miſcebitur, non erit ſapiens, *Prouerbiorum, c. 20. can. luxurioſa, 35.
diſtinct.* Sicque bonum eſſe non bibere vinum, & non comedere
carnes ſcribit D. Paulus, *ad Rom. c. 14. c. ab exordio, 35. diſt.* Et a lau-
tis conuiuiis pellendi ſunt clerici, vt docet ex Michea D. Hiero-
nymus, *can. eccleſiæ presbyteri, & ſeq. 35. diſt. Micheæ, c. 3.* Sanctimo-
nia a mortalibus abſtinens æternam continet vitam, & corpus
pinguefactum animam cogit eſurire a felici vita cadentem, au-
getque mortale, *Porphyrius, 4. de abſtinentia animal.* Et exhalatio,
quæ ex carnibus comeſtis aſcendit, cum ſit craſſior & turbidior,
offundit animæ tenebras. Et auctor Clemens Alexandrinus, *lib. 2.
Pædagogiæ.* Matthæum apoſtolum ſeminibus, baccis, & oleribus,
abſque carnibus vſum. Diuum autem Ioannem, vlterius conti-
nentiam extendendo, locuſtas & mel agreſte comediſſe, *Mat-
thæ. 3. Marc. Eſai. 40.*

¶ Mandatur † quinto ſolitariis, ne ſint otioſi, & ſemper lectio- 14
ni, vel orationi vel alicui honeſto corporali exercitio intendant a-
nimum, *c. nunquam, de conſecrat. diſtin. 5.* ¶ Sunt † & aliæ leges de 15
monaſticæ vitæ formatione, quas videto apud D. Baſilium, *toto
ſermone aſcetico,* D. Dionyſi. *de eccleſiaſtica Hierarchia, ca. 6.* Nice-
phorum Caliſtum, *lib. 9. cap. 14. & 16.* Sozomenem, *lib. 1. Hiſtoriæ
Tripartitæ, c. 11. In c. de ſtatu monachor. apud Clementem, cap. cum ad
monaſterium, c. in ſingulis, eo. tit. apud Gregor.*

¶ Pro † legibus iſtis conſeruandis, & ad reformandos mores 16
corruptos, placuit licere capitula generalia inter abbates & prio-
res eiuſdem ordinis congregare ſingulis trienniis: cura quoque
commiſſa epiſcopis reformandi monaſteria ſibi ſubiecta, *ca. in ſin-
gulis. ca. 7. de ſtat. monac.* Vbi enim gubernaculum diſciplinæ con-
temnitur, reſtat vt religio naufragetur, *c. attendentes, de ſtat. monac.
apud Clementem. can. Salomon, & can. ſeq. 45. diſtinct.* Proinde in
capitulo ſeu ſynodo hoc illorum generali, creantur viſitatores, *c.
ea quæ, de ſtat. monach.*

¶ Ceterum † reformatio monaſteriorum, & ſubrogatio in lo-
cum eorum, qui eo titulo indigni ſunt, fieri debet ex perſonis re-
gularibus. Quod ſi regulares defuerint, in eorum locum poterũt 17

clerici ſeculares ordinarii, *c. inter quatuor, §. fin. de relig. dom. can.
quæ ſemel, 19. q. 3.* ſeruato ordine, vt primum in reformando mo-
naſterio informi eius ordinis ex aliis domibus ſufficiantur bene
ordinati, *cap. relatum, ne cleric. vel monach.* & iis deficientibus, ad
ſeculares clericos perueniatur. Quemadmodũ & contra de ſecu-
lari eccleſia fieri poteſt monaſterium, *c. audientiam, de eccleſ. ædifi-
can.* Voluit & Alexander 3. ſummus pontifex quando monachi
ſeculariter viuunt in monaſterio, & alios ſuo malo corrumpunt
exemplo, primum ab epiſcopo ſuo compelli ſeruare regulam, re-
ligionis appellatione remota. Etſi non poſſit ex proprio ordine
numerum eiectorum ſupplere, poſſe alterius ordinis ſedes im-
plere, vt impii, eorum laboribus a bonis editis, tandem rubore
perfuſi, ad regulæ propriæ obſeruantiam reuertantur reſipiſcen-
tes, *d. cap. relatum.*
18 ¶ Epiſcopo † monaſteria omnia iure communi ſubiecta ſunt,
*c. de Xenodochiis, & cap. pen. de religio. dom. c. monaſteria. 18. q. 2. can.
ſi quis epiſcopus, 6. q. 2.* niſi ſpeciali priuilegio ſe eximi inde doceant,
*d. c. pen. de relig. domi. & can. abbatibus, 18. q. 2. cap. cum non liceat, de*
19 *præſcript.* ¶ Et † proinde monachi delinquentes ſubiiciuntur cor-
rectioni abbatis, ſi de denuntiatione vel inquiſitione agatur: ſi au-
tem de criminibus monachi per viam accuſationis contentioſæ
agatur, munus erit epiſcopale, aut eius vicarii in iuriſdictione ſeu
officialis, adhibito temperaméto & diſtinctione, de qua diſputat
20 Guido Papæus, *deciſione 559.* ¶ Ad † reformationis curam perti-
nebit etiam proſpicere, ne monachi in diuerſis monaſteriis locũ
ſeu monachatum habere præſumant, *c. fin. §. fi. de relig. dom.* vt ne-
que abbas diſpenſare in eo poſſit, etiam cum cõſenſu aliorum re-
ligioſorum ſeu fratrum, *c. conſtitutus, de elect.* quia monachatus illi
inter beneficia quodammodo annumerantur, beneficia autem
plura non licet habere ſimul iure communi, *c. de multa, de præben-*
21 *dis, cum ſimil.* ¶ Similiter † & proſpiciendum, vt monachi & mo-
nachæ ſeu moniales, habitum propriæ profeſſæ religionis ſemper
& vbique deferant, *c. ſanctimoniales, 13. diſt. can. vidua, 20. q. 1.*

## Propter quid, & quare monaſteria, & vita monaſtica. Cap. 16.

1 *Monaſteria nata ab eremitica vita, metu tyrannorum, & cõtemtu ſeculi.*
2 *Monachorum veſtitus, eſt veſtitus pœnitentium.*
3 *Monaſteria inſtituta ſtudendi & prædicandi gratia.*
4 *Monachorum vita ſtudiis literarum ſacrarum, & orationibus conſtat.*

1 EX ſuperioribus recte colligi poteſt, vitam monaſticam prima
inſtitutione eremitica introductam, temporibus quibus ma-
xime vrgebat tyrannorum odium Chriſtianos, vt Deo obſequia
& cultus liberius exhiberetur: adfuit & vna pœnitendi cauſſa
contemtis iſtius miſeri ſeculi curis.

2 ¶ Atque † veſtitus monachalis eius ſymbolum exhibet. Nam
ea quæ pœnitẽtibus dantur, a bonis illis primis patribus, qui viam
aliis ſtrauerunt & demonſtrarunt, vſurpata ſunt: nempe cilicium
quod imponitur a ſacerdote mutata veſte, & tonſis vel raſis capil-
lis, *can. pœnitentes, & can. ſequenti, 50. diſtinct.* & ſaccus, & cinis, *Io-
næ, c. 4.* Arbitror enim cucullam & veſtitum veri monachi olim
fuiſſe ſaccum capiti inductum, & ex latere brachiorum educen-
dorum cauſſa perforatum, reliquo pro amictu circa corpus rudi
cingulo cincto, vel pannum alium vilem: non autem eius gene-
ris, quo hodie quidam vtuntur delicato, cum cuculla & veſte ſe-
rica diſpunctione in morem mollium laicorum exornata, quod
certe bonis ſtomachum merito mouet, & malis calumniandi fi-
dem catholicam, & inſtitutum viuendi monachorum priorum
præbet. Sic enim mutata forma eſt priſca, vt hodie in aliquibus
monaſteriis nihil minus, quam monaſtica vita inueniatur: & cum
olim pœnitendi cauſſa eſſent refugia, hodie otioſe viuendi vide-
antur receptacula. Sed hæc deſiderant pii emendari, & nitori pri-
ſtino reſtitui, & ſummoueri ſcandala & cauſſas maledicendi.

3 ¶ Fuerunt † quoque monaſteria & ſodalitia inſtituta, prædica-
tionis verbi Dei cauſſa, qualia inſtituit D. Dominicus: alia inſti-
tuendæ iuuentutis & prædicandi quoque gratia, vt ordinis con-
gregationis nominis Ieſu: Suntque diuerſi particulares aliorum
cœnobiorum fines, qui tamen eum communem finem habent,
vt prętermiſſis rebus ſeculi & earum ſolicitudine, propriæ animæ
& aliorum Chriſtianorum ſalutem operentur, & gloriam Dei
promoueant, & eius mandata ſeruent, & ſeruare alios opere, ex-
emplo, & verbo doceant, qui & eſt, vel eſſe debet omnium Chri-
ſtianorum, ſed potiſſimum eccleſiaſticarum perſonarum finis.

¶ Refert † beatus Rhenanus, *lib. 1. rer. German. dum de Francis* 4
*agit,* præter monachos rudibus adhuc ſeculis neminem nouiſſe
literas. D. Chryſoſtomus de ſui temporis monachis tradit, matu-
tinis precibus hymniſq; peractis, eos ad ſanctarum ſcripturarum
ſtudia ſe contuliſſe, *D. Chryſoſto. in 1. epiſtola ad Timoth. c. 5. homil.
14.* Et Baſilius Magnus ad Gregorium ſcribens, duobus tantum
vitam hanc ſolitariam contineri & perfici docere videtur, oratio-
nibus & ſtudiis literarum: εὐχαὶ, inquit, πάλιν τὰς ἀναγνώσεις δια-
δεχόμεναι, νεαρωτέραν τὴν ψυχὴν καὶ ἀκμαιοτέραν πρὸς θεὸν πόθῳ κεκινη-
μένην παραλαμβάνουσιν, id eſt, *orationes iterum lectionibus ſucceden-
tes, recentiorem animam & vegetiorem, ad Deum deſiderio motam
recipiunt.* Et in concilio Viennenſi ſub Clemente 5. ſum. pontif.
ſancitũ, vt in ſingulis monaſteriis, quibus eius rei gratia ſunt ſuffi-
cientia bona, ſit idoneus ludi literarii magiſter & Doctor, qui mo-
nachos erudiat & bonis artibus imbuat, *clem. 1. §. penul. de ſtat. mo-
nachor. c. 2. de magiſtris, ap. Gregor.*

## De Monialibus, ſeu Veſtalibus ſacris quædam. Cap. 17.

1 *Monachorum & monacharum regula ordinis communis.*
2 *Conſecrantur Deo virgines, & viduæ: ſed diuerſa earum profeſſio.*
3 *Monachandæ ætas.*
4 *Monachandæ voluntas adſit ſpontanea legitimæ ætatis, quamuis parentes reclament.*
5 *Moniales ſubſunt correctioni epiſcopali, & ordinationi.*
6 *In monialibus emendanda per viſitatores aut epiſcopos.*
7 *Veſtales virgines, & vnde illæ ortæ.*
8 *Monialium diuerſi ordines, & habitus earum, vota.*
9 *Moniales canonicæ ſeculares nubunt.*
10 *Monachæ adulterii cauſſa tonſæ.*
11 *Velantur moniales virgines in profeſſione, non viduæ.*
12 *Moniales a quibus conſecrentur, & quibus diebus.*
13 *Moniales cum monachis ne habitent, nec conuiuentur ſingulariter, non cantent cum monachis in choro, eod.*
14 *Monaſterium virginum, ne vir aut monachus ingrediatur.*
15 *Senatus in templo veſtalium non habitus Romæ quare.*
16 *Moniales ſeparatas ædiculas non habeant, ſimul degant.*
17 *Moniales ſacra ne tangant, aut incenſum offerant.*

EA quæ † de monachorum inſtitutione normaque viuendi 1
eorum diximus, transferri poſſunt ad virgines Deo dicatas,
quæ ordinis regulam monaſticam virorum amplexæ ſunt: ve-
runtamen de illis ſingulari quadam, breui tamen annotatione,
præſcribemus. ¶ Conſecrantur † Deo virgines & viduæ, ſed illæ 2
profitentur votum virginitatis: iſtæ tantum caſtitatis & viduita-
tis, *cap. penult. & fin. 20. quæſt. 1. cap. acutius, 26. diſtinct. can. vidua
quæ, 27. quæſt. 1.*

¶ Diximus † de nomine, & ætate profeſſionis legitima in mo- 3
nachis: addimus autem, vt ſi ante annos pubertatis fiat, tunc de-
mum ita rata ſit, quando ætas adulta eſſe cœperit anno probatio-
nis elapſo, ſi modo ſponte ingrediantur minores monaſterium,
non autem ſi vis, *can. ſunt qui, & c. illud autem, 20. q. 1. can. præſens,
20. q. 3.* aut deceptio interuenerit, *can. fin. 20. q. 3.*

¶ Iure † pontificio voluntas ſpontanea virginis ſufficit ætatis 4
12. annorum, in profeſſione monaſtica etiam inuitis parentibus,
qui tamen ante eam ætatem poſſunt intercedere, *can. 1. & can. pu-
ella, 20. quæſt. 1.* conſtitutio autem Gallica in comitiis Aureliæ la-
ta 25. annos exigit, atque eam ætatem anticipantibus permittit,
non obſtante profeſſione de rebus propriis libere teſtari & diſ-
ponere in fauorem cuiuſcunque, *articul. 19. in conſtitutio. Aurelia-
cen. conſonat concil. Aphricanum, 3. cap. 4. c. placuit, & 20. q. 1.* Libera
debet hæc eſſe voluntas, qua ſe in hoſtiam viuentem Deo conſe-
crent, quemadmodum & apud ethnicos hoſtiæ ſeu victimæ du-
cebantur, non autem trahebantur ad aras: & ſi qua duceretur
& vehementius reluctaretur amouebatur ab aris: vt ſcribit Ma-
crobius, *lib. 3. Saturnal. c. 5.* Feſtus in verbis piacularia auſpicia ait:
reluctantem hoſtiam mali omnis fuiſſe: vt & Liuius, *l. 21.* in Fla-
minio conſule. Sueto. in Galba, *cap.* 18.

¶ Moniales † ſubſunt ordinationi & correctioni epiſcopi diœ- 5
ceſeos, *can. cognouimus, 18. quæſt. 2. Clem. 1. de relig. domib.* quod &
Aureliæ in comitiis firmatum eſt, omni exceptione remota, *art.
11. conſtitutio. Aureliacen. anni* 1560. ¶ Sine † præiudicio tamen 6
viſitationis, de qua ſtatutũ in concilio Viennenſi, *Clem. 2. §. 1. de
ſtat. monach.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*de ſtat.monach vbi videto per gloſſam quomodo viſitatio facienda per*
*moniales ſit, & quæ monaſteria ſint exemta.* & quid per viſitantes de-
beat emendari, nempe vt auferantur ab illis panni ſerici, ſanda-
lia, comti & cornuti crines, *ſeu anciæ*, ſcacata & virgata caputia,
choreæ, feſtarum ſecularium conſortia, vagationes extra clauſtra,
voluptatum illecebræ, non obſtantibus exceptionibus & priui-
legiis quibuſcunque.
7 ¶ Erant † antiquitus apud paganos ſeu idololatras & veſtales
virgines, quæ perpetuam ſaltem vſque in trigeſimum annum
poſt profeſſionem emiſſam, conſecrabant virginitatem: de qui-
bus abunde nos diximus, *libr. 40. artis mirabilis, cap. 11. 12. 13. vide
vulgaria de iiſdem apud Liuium, Gregorium Gyraldum, Oui-
dium in Faſtis, 6. Cicero. 1. de Natura Deorum. Pomponium Læ-
tum & Feneſtellam.* Eo autem nomine veſtales dictas Beroſus ſcri-
bit, a Tithea vxore Noachi, quæ dicta Hebraice Aretia, Latine
terra, quod mater omnium viuentium eſſet, & Eſta, poſt mortem
cognominata, id eſt, ignis. Quia ipſa regina ſacrorum fuerat, &
puellas docuerat ſempiternum ignem ſacrorum inexſtinctum
ſeruare, *Beroſus, lib. 3. Defloratio. hiſtoriæ Chal.* Erant tamen Deo
addictæ, vt opinor, tempore Noachi illæ virgines, quæ fouebant
ignem perpetuum, qualem voluit perpetuo quoque ardere &
inexſtinctum in ſuo tabernaculo cuſtodiri verus Deus tempore
legis Moſaicæ, *Leuit. 6.* nec aliorum inferri, *Leuit. 10* Sed ſimia ille
Dei, qui voluit Deus haberi Dæmon, hoc inſtitutum, ſicuti & ple-
raque alia imitatus, in ſuam ſuperſtitionem & impietatem con-
uertit, & voluit etiam in ſua idololatria virginum habere cœtum,
veſtalium nomine, quas eius ſceleratæ religionis pontifices ma-
ximi arbitratu ſuo deligebant, ſemotis ſuffragiis populi, *Gellius,
lib. 1. c.* 12. certis adhibitis cæremoniis & legibus.
8 ¶ Chriſtianæ † moniales regulares ſunt, diuerſæ regulæ & ha-
bitus, prout viuendi inſtitutum delegerunt, eademque profiten-
tur generaliter ſeruaturas, quæ monachi, videlicet caſtitatem ſeu
virginitatem, paupertatem & obedientiam & alia, quæ ordinis, in
9 cuius numerum tranſeunt, ſunt. ¶ Exceptis † quibuſdam, quæ a-
pud Theutones ſeu Germanos nominantur canonicæ ſeculares,
quæ nullam faciunt profeſſionem, nec renuntiant propriis, imo
contrahunt matrimonium, *gloſſ. & text. in cap. dilecta, in verbo. ca-
nonicas. de maior. & obed.* Iſtæ ſanctimoniales videntur improba-
tæ, *leg. indemnitatibus, §. pen. de elect. in 6.* quæ nullam regulam ex-
preſſe profitentur, & hoſpitalitatis nomine ſe tuentur, item &
per Innocentium 2. *in can. pernitioſam, 18. q. 2.* Sunt eius generis in
Auſtraſia & Lotharingia monaſteria in gratiam filiarum nobi-
lium virorum, non aliarum, tanquam hoſpitalia ædificata, & redi-
tibus pluribus dotata. M. Mantuan. *libr. 2. Enchirid. rerum ſingul.
cap. 49.* putat, dictas eſſe biguinas tertii ordinis, quæ neque pau-
pertatem, neque continentiam, neque obedientiam profitean-
tur, & vocari has pinzocheras. Exiſtimo tamen alium ordinem il-
lum eſſe, quam de quo loquor, nempe mulierum nuptarum quę
de tertio ordine dicuntur, & quæ habeant coniugem, de quibus
Ludouicus Romanus, *conſil. 367. incip. circa primum.* Quarum or-
do in concilio Auinionenſi reprobatus fuit, vt ait Cynus, *in auth.
ſed quamuis, de rei vxor. act. C.* mulieres porro Teutonicæ ſeu ca-
nonicæ regulares, quamdiu moniales ſunt, non habent maritos,
ſed poſſunt exeundo libere nubere exceptis paucis, vt dicunt
nempe abbatiſſa, priore, ſacriſta: quæ perpetuam virginitatem
10 ſolæ vouent. ¶ Eſt † & aliud genus monialium deferentium qui-
dem habitum, & quæ tondentur, in monaſterio ob adulterium
detruſæ, verumtamen proprie non ſunt monachæ *text. cum gloſſ.
in authent. ſed hodie, in verb. recipere, ad l. Iul. de adult.*
11 ¶ Velum † accipiunt in profeſſione virgines, & non viduæ,
& quas velare prohibentur epiſcopi, *can. deuotis, § fin 20. quæſt. 1.*
12 ¶ Conſecrantur † ab epiſcopo moniales, vel eius conſenſu & au-
ctoritate a presbytero, *can. ſi iubet, §. fin. & can. presbytero, 26 quæſt.
6. ca. 1. de temporib. ordina.* Stati autem & definiti dies fuerunt cer-
ti, quibus licet virgines conſecrare tantum, niſi neceſſitatis alia
cauſſa vrgeat: dies videlicet Epiphaniæ, hebdomada Paſchalis,
dies natalitii apoſtolorum, dominici, *can. deuotis virginibus*, 20.
13 *q. 1.* ¶ Viuunt † vel viuere debent moniales & Aſcetriæ ſecun-
dum proprii ordinis profeſſi leges, de quibus paulo ante dictum.
Sed nec licet illis, quæ virginitatem ſuam Deo conſecrarũt ſpon-
te, nubere, *can. puellæ, 20 q. 1.* Ex conſtitutione D. Baſilii monachis
cũ monialibus habitare non licet, neq; monachus pernoctare ſeu
cubare in monialium monaſterio, neq; ſingulariter cum mona-
cha conuiuari, *can. diffinimus, & can. in nullo loco, & can. peruenit,*
18. *quæſt.* 2. Incauta enim & inconſulta familiaritas mulierum &
clericorum ſuſpecta, periculoſa, & offendiculo eſt, *dict. can. perue-
nit.* Quare nec monialis cum clericis vel aliis monachis in vno
choro pſallere debet, *can. pernitioſum,* 18. *q.* 2.
¶ Atque † recte cauit Nicena ſynodus ſecunda, *in can. 20. Sy-* 14
*nod. 2. Nicen.* ne duplex eſſet monaſterium, id eſt, ne vno ambitu
monaſterium virorum & mulierum concluderetur, propter ſcan-
dalum. Cautum quoque ne monaſteria mulierum ab hominibus
frequententur. ¶ Sic † & legimus templum Veſtæ & virginum 15
apud ethnicos non fuiſſe conſecratum, ne illuc Senatus accede-
ret: non enim poterat alibi quam in augurato loco curia aut ſe-
natus haberi, *Siluius, in 7. Æneid. Virgilii. ibi Hærendum ſyluis ac
relligione parentum.*
¶ Imo † vt omnis ſuſpicio abſit ab iſtis virginibus ſtatutum 16
quoque, vt cuiuſcunque ordinis ſint, ſiue Baſiliani, ſiue Auguſti-
niani, aut Benedictini, in cœnobiis, eccleſia, refectorio ſeu cœna-
culo & dormitorio ſimul conueniant, vna degant, nec ſeparatas
ædiculas ſibi conſtruant vel habeant, *can pernicioſam,* 18. *q.* 1. ¶ In-
hibetur & monialibus tangere ſacra vaſa, ſacratas pallas, incen- 17
ſum circa altaria deferre, *ca. ſacratos, 21. diſtinct.*

## De Prioribus & Præpoſitis. Cap. 18.

1 *Priores, & prioratus qui.*
2 *Priorum alii clauſtrales, conuentuales, & ſeculares, & qui ho-
rum prioratus.*
3 *Prioratus regulares tantum dantur regularibus profeſſis.*
4 *Prioratus regularis perpetuus, & quibus ex cauſſis adimatur.*
5 *Priores ſeculares qui.*
6 *Præpoſitus quis, & vnde dictus.*
7 *Præpoſitura beneficium cum dignitate, & ſine.*

PRIORES † dicuntur, qui aliquibus eccleſiis præſunt ſupra a- 1
lias perſonas earundem: vnde & prioratus, eccleſiæ, quæ illis
in titulum dantur, nominantur. ¶ Horum † alii ſunt clauſtrales, a- 2
lii conuentuales, *Clement. 2. de reſcript.* alii ſeculares. Clauſtrales
ſunt, qui præſunt cœnobitis poſt abbatem vel alium antiſtitem,
quorum funguntur vicaria poteſtate & opera intra monaſterii
clauſtra, *c. cum ad monaſterium, de ſtatu monachor.* Conuentuales
illi, qui principes cœnobio cõſtituti ſunt, quibus nullus abbas vel
alius dignior inibi eſt, *Clement. 1. §. ceterum, de ſtat. monachor.* ¶ Et
prioratus † horum obtineri nõ poſſunt ab aliis, quam qui expreſ- 3
ſe ipſius ordinis cuius ſunt profeſſionem legitimam emiſerint, &
electi ſint iure a ſuis capitulis & inſtituti. ¶ Perpetui † tamen, vt iis 4
præfecti non poſſint amoueri ab illis, præterquam, ſi bona mona-
ſterii dilapident, & perdant, vel incontinenter ſeu impudice vi-
uant, aut ſi in aliud monaſterium transferantur, *cap. 2. de ſtat. mo-
nach. apud Gregor.* Prioratus conuentualis dignitas eſt, clauſtralis
minime, *gloſ. in Clement. 2. de reſcript. in verbo conuentualem, & Pa-
norm. in cap. niſi, de præben.*
¶ Priores † ſeculares dicuntur, qui habent prioratus ſeu bene- 5
ficium prioratus, quod ſolitum eſt regi per clericos ſeculares. In-
terdum quoq; prioratus eſt, regularis, ſed per ſeculares cura eius
exerceri debet, *Clem. 1. §. ceterum, de ſtat. monach.* quia a mente iu-
ris alienum eſt, vt animorum cura concedatur regularibus, *cap. 1.
de capel. monach. apud Gregor.* Itaque qui a regularibus præficitur
regendæ plebis cauſſa, vel rector, vel Vicarius perpetuus dicetur,
prioratu remanente apud alium, vel penes monaſterium, vel ca-
pitulum aliquod, *cap. exſtirpandæ, cap. 30. §. qui vero, de præben ap.
Gregor.* Sicque qui ei portionem præbet, prior nominabitur.
¶ In † eccleſiis in quibus regularibus in canonicos tranſierunt, 6
loco prioris conuentualis in ſeculariſatione, vt dicunt, ſucceſſit a-
liquando præpoſitus, vocant *preuoſt*, ſi is prioritate dignitatis
præfulgeat: quemadmodum Tholoſæ in eccleſia S. Stephani,
poſt quem ſecundum ibi locum tenet cancellarius, *Aufrer. quæſt.
Thol. 13.* Quanquam Guido Papæus exiſtimet, eum ſucceſſiſſe in
locum quæſtoris, *Guid. Pap. deciſ.* 436. Præpoſitus is generaliter e-
rit, qui præfectus aliquibus eſt, *ca. quamuis, de verb. & rer. ſig. apud
Gregor.* ſed & is vſu talis, qui primam habet inter aliquos digni-
tatem.
¶ Quamobrem † & præpoſitura per ſe ſingulare nomen be- 7
neficii eccleſiaſtici facit, quod aſſiduitatem, ſeu, vt loquuntur iura,
reſidentiam exigit, *cap. ex parte, in 2. de cleric. non reſiden.* & ætatem
& ſcientiam legitimam & ordines, *c. dudum, in 2. cap. 22. de electio.*
In aliquibus tamen eccleſiis ex earum conſuetudine, vbi officium
nullum gerunt præpoſiti, præpoſituræ dignitates non ſunt, *Rota
deciſ.* 451. *in nouis.* vt in Carnotenſi & Turonenſi eccleſia, *Innocen.*

*3.ad c.de multa,in fin.de præben.* Tradit & Rota alicubi inter canonicos in quibus non eſt archidiaconus, in locum eius præpoſitum conſtitutum, *Rota,deciſ.442.in nouis.*

## De Cancellario ſeu Magiſtro ſcholarum. Cap. 19.

1 *& 3. Cancellarii dignitas.*
2 *Magiſter ſcholarum Cancellarius factus.*

1 THOLOSÆ † poſt præpoſitum, ſecundus in dignitate eſt Cancellarius Academiæ, & canonicus in choro, & alibi, *Aufrer. in q.Tholoſ.13.* Cadurci non ita, ſed poſt archidiaconos duos & cantorem officium gerit.

2 ¶ Hic † in diplomatibus ſummorum pontificum, qui priuilegia Academiæ noſtræ Cadurcorum largiti ſunt, dicitur magiſter ſcholarum. Nam antequam Academia eſſet, erat inter Canonicos vnus Magiſter, aut canonica portio vni magiſtro dabatur, qui docendi prouinciam ſuſciperet, & ſua cura alios præceptores & magiſtros, docendi cauſſa deligeret, iuxta concilii generalis & Lateranenſis decreta, *c.quamuis,de magiſtris lib.5.Decretal.*

3 ¶ Subinde † in inſtitutione Academiæ ex magiſtro ſcholarum factus eſt cancellarius, eiuſque dignitas, vt aliarum dignitatum ordo, metienda eſt ex conſuetudine eccleſiarum, in quibus ſunt inſtituti, *gloſſ.in c.exſecrabilis, de præben.in extrauag.communi.in ver. perſonatus, Innocent. & Hoſtien.in c.de multa,de præben.*

## De Archidiacono. Cap. 20.

Lib.1. Decretal.tit.23.

1 *Diaconi nomen quid ſignificat, & qui diaconi.*
2 *Diaconi ſacri, & ſeculares.*
3 *Archidiaconus quis.*
4 *Archidiaconi conſtituendi qualitas.*
5 *Archidiaconi cum officio, & ſine eo.*
6 *Archidiaconi officium.*

1 DIACONI † nomen, ad alias quam eccleſiaſticas perſonas referri poteſt, propter generalem ſignificationem verbi, quod ad diuerſa miniſteria transfertur. διακονέω, vnde διάκονος, miniſtro & famulor ſignificat. Vt D. Paulus vocat magiſtratus, τοῦ θεοῦ διακόνους, *D. Paulus ad Roman.cap.13.* & Iulius Pollux, *libro octauo Onomaſtic.* περὶ πρεσβέων. legatos, ὁ δὲ πρεσβευτὴς, inquit, εἴη ἂν καὶ ἄγγελος καὶ διάκονος. Sunt & apud eundem διακονίαι δημόσιαι, munera publica, & adminiſtrationes publicæ: vt & apud Æſchinem, *contra Cteſiphontem*, & Demoſthenem, *de Corona.* Ea † ratione diaconi 2 ſacri, & ſeculares: & inter ſacros quidam diacones adminiſtrantes presbyteris ſimplicibus. ¶ Alii † qui inſeruiunt epiſcopo, dicti 3 Archidiacones, ſeu principes, vel primi ſeu proximi qui inſeruiunt epiſcopo: ad quem eorum miniſterium refertur, & vt diacones ſimplices presbyteris ſubiiciuntur, *can.legimus,93.diſtinct.* Sic & presbyteri, & archipresbyteri, his archidiaconis ſubiiciuntur.

4 ¶ In † archidiaconatum promouentur nati 25. ann. digni qui ſaltem diaconi ſint, *can.nullus in propoſitum,60.diſtinct.* & licentiati in altero iurium, vel theologia, *in concil.Tridentin.8.ſeſſione,de reformatione generali, can.12.* cum habeant dignitatem. Primi diaconorum ii dicti, *c.1.de ſcruti.in ord.faciend.* quibus iure communi adhæret dignitas, eaque maior monaſteriis ipſis, & præpoſitis eorum, *Panorm.in cap.per tuas,§.excellentiores,de ſimonia. Gomes,in re-* 5 *gula cancellariæ de annal poſſeſ.q.11.in fin.* ¶ Etſi † alicubi cum dignitate ſine officio ſit, quemadmodum Innocentius notat in Parmenſi eccleſia archidiaconum nullum exercere officium, & nihilominus dignitatem habere, *Innocent.in c.de multa,de præben.* Obſeruādum tamen pro dignitate, officio, & gradu honoris cenſendi archidiaconi ſequēdam eſſe legem capituli proprii, & conſuetudinem, qua vſi fuerint in ſua eccleſia ante archidiaconi: & eis potius deferendum, quam præſcriptis & conceſſis a iure pontificio, *Hoſtienſis in ſumma. de offic. archidiac. dum quærit quod ſit* 6 *eorum officium, facit c.fin.eod.tit.* ¶ Archidiaconus † oculus epiſcopi eſt, & iure ipſo eius vicarius in viſitationibus, correctionibus & diſpenſationibus rerum eccleſiaſticarum, cenſor morum clericorum & emendator: ſubdiaconibus & leuitis imperat, parœchiarum diœceſeos ſubit ſolicitudinem, quas circuit, & inſpicit, ſubditos habet ſuæ iuriſdictioni archipresbyteros, *can.ad hæc,de offic. archidiacon.* Hic examinat & præſentat epiſcopo ordinandos, *cap.1.de ſcrutinio in ordine faciendo, cap. vt noſtrum, de offic. archidiac.* Mittit in poſſeſſionem prælatos, abbates, vel abbatiſſas, *d.c. vt noſtrum.* aliaque pleraque quæ ſui muneris ſunt exſequitur, *de quibus in c.perlectis, §. archidiaconus, 25. diſtinct.* Quæ quia plura ſunt, interdum efficiunt, vt plures quam vnus archidiaconi inſtituti in vna eccleſia cathedrali ſint, duo, tres, quatuor, vel plures. Statuit Tridentina ſynodus, *ſeſſio.9.in decretis,de reforma generali, can.13.* vt archidiaconi vbicunque fieri poterit, ſint magiſtri ſeu doctores aut licentiati in Theologia, aut iure canonico.

## De Archipresbytero, & Decanis. Cap. 21.

1 *Presbyter, & archipresbyter quis.*
2 *Presbyteri ſenioris nomen eſt, & honoris.*
3 *Senum apud antiquos & Romanos honor, & 7.*
4 *Presbeis, & ſenes qui dicti.*
5 *In ſenibus ſapientia præſumitur.*
6 *Senes in domo, vel vrbe, vel orbe ſignum bonum: mori, contra.*
7 *Senum conſilium inquirendum & ſequendum.*
8 *Presbyteri ſeniores, & multo magis ſenibus honorandi.*
9 *Antiquius dictum quod melius.*
10 *Presbyterorum ſiue ſacerdotum munus, & officium, & qualitas.*
11 *Archipresbyter quis, & auctoritas.*
12 *Decanus presbyterorum quis.*
13 *Decanus quare dicatur, & de denario numero.*
*Decani canonici. eod.*
*Decanus dux.eod. Decumana porta, eod.*
*Decanus capituli.eod.*
*Decanus cardinalium.eod.*
*Decanus Rotæ.eod.*
14 *Archipresbyter ciuitatenſis quis, & eius officium.*
15 *Archipresbyter ruralis quis, & eius officium, & iuriſdictio.*
16 *Archipresbyter archidiacono inferior.*

ARchipresbyter † princeps presbyterorum dicitur: presby- 1 ter autem ſenior eſt, non tam ratione ætatis capularis, quam honoris quo afficitur, qui hac ſacra appellatione decoratur, ſacerdos alia appellatione nominatus: quod ſacra myſteria det & pertractet, *can. cleros,21.diſt.* ¶ Mentis † hic potius, quam ſenectutis 2 ſpectata canities, quæ presbyteros intitulet, *can.penult.84.diſtinct.* Vnde & epiſcopi olim dicti quoq; presbyteri, *can.legimus, 93.diſtinct.can.olim.95.diſt.* Græcis πρέσβεις, erant, quibus honor & reuerentia exhibebatur, quæ ſenibus deferebatur, eaque erat magna potiſſimum Romæ, & in bene inſtitutis rebus publicis.

¶ Nam priſcis, auctore † Calliſtrato, pene eundē honorem ſe- 3 nibus ac magiſtratibus tribuebant, *Calliſt.l.ſemper,5.de iure immunita.lib.50.P.tit.6.* neque apud antiquiſſimos Romanorum, generi aut pecuniæ præſtantior honor tribui quam ætati ſolitus, & maiores natu a minoribus colebantur, ad Dei prope & parentum vicem. Iſque mos Romanis a Lacedæmoniis traditus, quibus id in more erat ex ſanctione Lycurgi, *Aul.Gellius lib.2.cap.15.* Et vt ſcribit Ouidius, *lib.3.Faſtor.*

*Magna fuit quondam capitis reuerentia cani,*
*Inque ſuo pretio ruga ſenilis erat.*
*Martis opus iuuenes, animoſaque bella gerebant,*
*Et pro Diis aderant in ſtatione ſuis.*

Et rurſum, *Ouid.lib.2.de art.*

*Adde quod eſt ſenibus rerum prudentia maior,*
*Solus & artifices qui facit, vſus adeſt.*

Atque Xenophon, *libr.8.Cyri Pæd.* moriturum iamiam & diſponentem de regno ſuo in filii ſenioris fauorem, Cyrum dixiſſe ſcribit, fuiſſe eam legem Perſarum, Senioribus non ſolum fratribus, ſed etiam ciuibus, & incedendo, & dicendo, cedendum. ¶ Proinde † Heſychius πρέσβεις, inquit, ſunt, non ſolum, γέροντες, ſed etiam 4 βασιλεῖς, ἄρχοντες, προτιμώμενοι, id eſt, *non ſolum ſenes presbes vocantur, ſed etiam reges, principes, magis honorati.* Ita & in translatione nominis oſtendit Ariſtoteles, *lib.9.de Hiſtoria animal.cap.11.* ὄρνις ὁ τροχίλος καλεῖται πρέσβυς καὶ βασιλεύς. Quod explicat Plinius, *lib.8.c.25.parua*, inquit, *auis, quæ Trochilos vocatur, rex auium in Italia.*

¶ Venerabilis ex ſententia Salomonis ſenectus, non diuturnitate 5 vel numero annorum computata: cani enim ſunt ſenſus hominis, & ætas ſenectutis, vita immaculata, *Sapient.4.* Præſumitur autem iam caneſcentibus hominibus per ætatem, rerum ſaltem experientia & vſu ſapientiores illos euaſiſſe, dictumq; de illis a Deo, *Honorabis vultum ſenis, & a facie caniciei conſurges, Leuit.c.19.* Et 6 ita Rabini annotant, *in ſententiis moralibus Ben Sire.capitul.15.* בביתא טבא בביתא סמנא טבא. *Saba bebetha, ſimana taba bebetha,* id eſt, *ſenex in domo, ſignum bonū eſt in domo.* Nec tantum in

tum in domo, ſed in ciuitate & in orbe: vt contra, ſenum interi-
tus, eſt certiſſima coniectura vindictæ Dei, & venturi mali, & pec-
cati commiſſi atrociſſimi. Sic maledictio maior interminata eſt
Heli, ob peccatum emendatum filiorum, quod erat Deo abomi-
nabile, *Ecce*, inquit Deus per Prophetam ad illum, *dies veniunt*,
*& præcidam brachium tuum, & brachium patris tui, vt non ſit ſe-
nex in domo tua.* Et poſtea, *verumtamen non auferam penitus vi-
rum ex te, ſed vt deficiant oculi tui, & tabeſcat anima tua, & pars
magna domus tuæ morietur, cũ ad virilem ætatem peruenerit.* 1.*Reg.
cap.*2. Propter malitiam tollitur iuſtus, *Ieſaiæ, cap.*57. Omnis pro-
uincia, vt aiunt Rabini, in qua non eſt ſenex, digna eſt vt deuaſte-
tur, *in prædicta ſententia*, 15. *Ben Sire.* Sicuti & quamdiu Loth inter
Sodomitas fuit, non potuit ciuitas ab angelis ſubuerti, *Geneſ.c.*19.
Et propter vnum ſenem Mathuſalah, Deus vindictam diluuii per
ſeptem dies ſuſpendit, donec is *Geneſ.c.*7. moreretur. ¶ Senibus
7 itaque † deferendi honores & rerum adminiſtrationes, & ſi plu-
res ſint, quam ſint magiſtratus vel adminiſtrationes, illis ſaltem
vt dignis deferendum eſt, conſilia illorum ſcrutanda & perpen-
denda potius, quam iuuenum, qui perdiderunt regem Roboam
filium Salomonis, 2.*Paralip.cap.*10. Monet & eccleſiaſticus, *Ne te
prætereat narratio ſeniorum, ipſi enim didicerunt a patribus ſuis: quo-
niam ab ipſis diſces intellectum, & in tempore neceſſitatis dabis reſpon-
ſum, Eccleſiaſtic.cap.*8. Et alibi, *Eccleſiaſtic.c.*25. *Corona ſenum, mul-
8 ta peritia, & gloria eorum, timor Dei.* ¶ Ergo † delatus hic honor ſe-
nibus, quis πρέσβεις, dicuntur, multo magis ſenioribus qui preſ-
byteri, πρεσβύτεροι. Vt etiam antiquitus obſeruatum innuit Xe-
nophon, *lib.*4. *Heleni.* ἤρξατο λόγου ὁ Φαρνάβαζος: καὶ γὰρ ἦν πρεσβύ-
τερος, id eſt, *cœpit loqui Pharnabazus, erat enim ſenior.* ¶ Quodque
9 melius † eſt, & antiquius dictum eſt ſæpe apud M. Tullium: vt ad
Atticum, *ne dubitaris, quin quod honeſtius, id mihi futurum ſit anti-
quius.* Et alibi, *ad Herennium, at ſalus antiquior, id eſt potior, mili-
tum, quam impedimentarum.* Et iterum, *Orat.1 in Anton. nihil vi-
ta antiquius, exiſtimare omnia poſteriora libertate ducere.* Eadem-
que phraſis obtinet apud Græcos, veluti apud Iulium Pollucem,
*libr.*2. *Ono.* οὐδὲν δεῖ πρεσβύτερον, pro οὐδὲν τιμιώτερον, & apud Plato-
nem, *in Sympoſio.* μοί μεν γὰρ οὐδὲν δεῖ πρεσβύτερον τοῦ ὡς ὅτι βέλτιστον ἐμὲ
γενέσθαι. Hac ratione qui honore præcipuo in eccleſiis vſi ſunt,
quive curæ aliorum præpoſiti ſunt, vel qui curam myſteriorum
venerabilium in eccleſia Dei ſuſceperunt, presbyteri dicuntur,
10 digni habiti hoc miniſterio. ¶ Ita † Diuus Paulus ad Titum *cap.
1.* ſcribens, *Reliqui*, inquit, *huius gratia te Cretæ, vt ea quæ deſint cor-
rigas, & conſtituas per ciuitates presbyteros, ſicut ego diſpoſui tibi: ſi
quis ſine crimine eſt, vnius vxoris vir, filios fideles habens, non in ac-
cuſatione luxuriæ, aut non ſubditos.* Et ad Timotheum, *1. Epiſt. cap.
5. qui bene præſunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxi-
me qui laborant in verbo & doctrina.* Digniſſimum & venerabile
horum peculiare munus, quod non niſi ſacerdotibus concedi-
tur, ſacratiſſimum & adorandum ſacrificium corporis & ſangui-
nis domini noſtri Ieſu Chriſti in altari conficere & offerre, ora-
tiones dicere, benedicere, *cano. perlectis, §. ad presbyterum, 25. diſt.*
& alia pleraque exſequi, de quibus paulo poſt agetur Deo iuuan-
te, cum de ordinibus & ſacerdote loquemur.

11 ¶ A † presbyteri nomine archipresbyter dicitur, q ſacerdotib.
ſeu presbyteris certis quibuſdam de cauſſis præponitur, & præeſt
illis quæ ſacerdotalis officii ſunt: præcipue ſi epiſcopus defuerit,
*cap.1. & 2. de offic. archipresbyt.*

12 ¶ Proinde † & archipresbyter appellatur decanus, ſcilicet preſ-
byterorum vel eccleſiæ, *ca. ad hæc. de offic. archidiac. cano. innoua-
mus*, 60. *diſtinct.* Quia decanus eccleſiæ, in locum archipresbyte-
ri ſubrogatus eſt, *Rota deciſio.*451. *in nouis & rurſum, deciſ.*443.

13 ¶ Decanus † alioquin, qui præeſt decemuiris, dici exiſtimatur a
Vegetio, *libr.2. de re milit. cap.*2. ſed tranſlatione facta a perfectio-
ne & præſtantia denarii numeri, decanus dicitur præcipuus inter
aliquos eiuſdem ordinis vel ſtatus, *gloſſ. in rubr. decanis, lib.12.C. &
ibi Alciat.* Ita eccleſiæ Conſtantinopolitanæ canonici, tanquam
digniores, decani dicti ſunt ab Honorio & Theodoſio CC. *l. non
plures*, 4 *de ſacroſanct. eccleſ. lib.*1.*C. tit.*5. In eo ſenſu Ælianus ſcribit,
quod optimus quiſque decuriæ præponi, & ceterorum ductor
eſſe debet, qui & decurio, & decanus, & dux, & primus, & præſes
nominatur, *Ælianus libello De acie inſtruenda.* Sic & porta maior,
quæ in caſtris erat, decumana dicta, vt præcipua, diuerſa ab ea, quæ
erat in poſtica caſtrorum parte, *Julius Cæſar, lib.3. Comment.* Et

*Vaſtius inſurgens decima ruit impetus vndæ.* Ouid. 11. Meta-
morph.

Decanus in capitulo, honorabilior videtur pars capituli, *cap. poſt
electionem, ca.7. de conceſſione præben. c. cum inter vniuerſas, ca.18. &
ibi Panor. & gloſſ. de electio.* inter cardinales etiam præcipuus eorũ
decanus, vt in cardinalibus monuimus. Interque rotæ auditores,
honorabilior decanus eſt in capella Papæ, propter miniſterium,
quod vocatur mithræ, vt notat Ludouicus Gomeſius, *in proœmio
ad regulas cancellariæ, dum agit de prothonotariis.*

¶ Archipresbyterorum † duæ ſunt ſpecies, vna vrbicanorum 14
ſeu ciuitatenſium: altera ruralium. Ciuitatenſis ſeu vrbicus eſt,
qui in vrbe cõſtitutus. Eius munus eſt, abſente præſule, & eius lo-
co officium diuinũ incipere, benedictiones in eccleſia dare preſ-
byterales, miſſam quando voluerit cantare, & reliqua peragere,
quæ tradit propria conſtitutione Leo Papa, *c. pen. de off. archipresb.*
¶ Ruralis † archipresbyter in rure degit, & qui habet curam preſ- 15
byterorum, qui per minores titulos habitant, quorum vitam, mo-
res, & ſimul plebis obſeruat: vt deinceps epiſcopo denuntiet, *c.
ſi. de off. archipresbyt.* Partitur quippe cum huiuſmodi epiſcopus
ſolicitudinem gregis, habentque iuriſdictionem, qualem illis cõ-
ſuetudo permiſit *gloſ. in cap. ex literis, de conſangui. & affi. in verba,
coram decano.* Statuit & Carolus Magnus, ad archipresbyterum
notionem pertinere de incantatoribus & maleficis, *in conſtitu-
tioni. capitularibus Caroli Magni, capitulare de pace, cap.* 25. ¶ Hic
tamen † ſubiicitur archidiacono diœceſeos, quia ei inferior, *cap.* 16
1. *& c. ad hæc, de off. archipresbyt. can. prolatis, §. archipresbyter*, 25.
*diſtinct.* quamquam ratione ſimplicis ordinis diaconatus & preſ-
byteratus, maior presbyter diacono, *notat Hoſtienſis, in ſumma de
offic. archidiac.* Sic enim, & in aliis, quis alio maior vel minor, di-
uerſis reſpectibus vel rationibus eſſe poteſt, *can. puto, 2. quæſt.*7. Et
in ordine, primum locum habent presbyteri honorabiliorem,
ſecundum diaconi, tertium ſubdiaconi tenent, ex decreto Greg.
noni, *c. ſtatuimus, de maior. & obedient. apud Gregor.* Quare etſi in
eccleſia abſente epiſcopo archidiaconus & archipresbyter adſint
& concurrant, archipresbyter loco epiſcopi miſſarum ſolemnia
peraget, *c.1. de offic. archipresbyt.*

## De Primicerio eccleſiaſtico, Cantore, & Præcentore, & eorum beneficiis. Cap.22.

De offic. primicerii, lib.1. Decret. tit.25.

1 *Primicerius quis, & num cantor.*
*Cantor primicerius, & eius munus, eod.*
2 *Præcentor quis.*
*Concentor quis, eod.*
3 *Primiceriatus cum dignitate beneficium.*
*Primiceriatus notariorum ſummi pontificis eo.*
*Primicerius datarius, eod.*
4 *Primicerius cantor quare, & ſubditus archidiacono.*
5 *Primicerius in omnibus quis generaliter.*
*Primicerius menſorum, diaconorum, fabricæ, protectorum quis, eodem.*
6 *In ceris olim ſcriptitatum.*
*Scriptura diuerſæ materiæ, eod.*
*Cera prima, ſecunda, ima, & vltima ſcribi quid, eo.*
7 *Scribebantur digniores primo loco.*
8 *Choragus cantor, & quid priſcis choragus.*
9 *Chorodectis quis.*
10 *Chorodidaſcalos, magiſter chori.*
11 *Chori ſumma apud vnum eſſe debet.*
12 *Chorus eccleſiaſticus quid dicatur.*
*Chorus eccleſiaſticus quando diuiſus in duas partes, pſalmorum Dauidicorum canendorum cauſſa, & antiphonarum, eod.*
13 *Præcentor quis, & officium eius.*
*Choroſtates præcentor, eod.*
14 *Succentor & ſuccentoratus.*
15 *Choraulæ qui.*

PRimicerius † eſt primus inter clericos & diaconos, quibus 1
præeſt in docendo, ſubditus archidiacono, *ca.1. de officio primi-
cerii, lib.1. Decret. tit.*25. Butrigarius ratus eſt primicerium accipi
pro cantore, *Butrig. in dictam rubric. de off. primicer.* Nam & offi-
cium cantandi & legendi lectiones, laudes, reſpõſoria ad eum per-
tinet: ordo & modus canendi, pro tempore & ſolemnitate, de-
terminatio delationis cereorum ſeu luminum, caſtigationes le-
ues clericorum, *can. Perlectis, §. ad primicerium. 25. diſtinct.* Cantor
alibi dicitur, quod voces in choro moduletur, *can. cleros, §. cantor.
21. diſt.* ¶ Species † cantoris præcentor, qui voce præit, qui ante 2
omnes incipit: item concentor, qui ſimul concinit. de quibus



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

3 Deo fauente poſtea. ¶ Colligitur † autem & reſcripto Innocen-
tii 3. ad Tullenſes canonicos, *c. cum acceſſiſſent, c. 8. de conſtitut.* pri-
miceriatum eſſe beneficium cum dignitate. Aliud tamen, ab offi-
cio primiceriatus quod habet primus inter notarios ſumm. pont.
*Gomes in proœm. Regular. Cancell.* antea dictus notariorum deca-
nus, & protoſcrinarius: & ille primicerius qui diē, ſeu vt loquun-
tur, datas adiiciebat diplomatibus pontificalibus, quas nunc bi-
bliothecarius apponit.

4 ¶ Primicerius † itaque cantor ex conſenſu dicitur, veluti pri-
mus in choro, & primus ratione cantus: alioquin non is primus
ſimpliciter dicendus, cum is ſubordinetur archidiacono. Exigit
enim pronuntiatio nominis primicerii, adiectionem ex relatione
5 alicuius, vel poſtulat ſubintelligi. ¶ Quod † primicerius in omni-
bus is dici poſſit, qui primus & in aliqua dignitate eſt anteſigna-
nanus, vel primus in aliquo. Sic dicimus primicerium menſorum,
inter menſores primum, *l. 1. de menſor. lib. 12. C. tit. 28.* & primice-
rios ex corpore decanorum, *l. 1. de decanis, lib. 12. C. tit. 27.* Primice-
rium fabricæ, *l. 1. tit. de Fabricenſib. lib. 11. C. tit. 3.* primicerium pro-
tectorum, domeſticorum, equitum *l. 2. de domeſti. & protector. lib.
12. C.* Sic de ſimilibus. Nam πριμικήριος, vel προτοκήριος, eſt πρῶτος
6 τάξεως, primus in ordine quolibet ceræ ſeu ſcripturæ. ¶ Mos † e-
nim erat antiquis in tabulis ceratis & pugillaribus ſcribere, præ-
cipue ante chartæ & membranæ inuentionem: tentatis pluribus
ſcribendi materiis, de quibus ſcribit Plinius, de Papyro arbore lo-
quens, *Hanc*, inquit, *Plinius, lib. 13. ca. 11. Alexandri Magni victoria
repertam auctor eſt M. Varro, condita in Ægypto Alexandria. Et
antea non fuiſſe chartarum vſum, ſed in palmarum foliis primo fuiſ-
ſe ſcriptitatum: deinde quarundã arborum libris: poſtea publica mo-
numenta plumbeis voluminibus, mox & priuata linteis confici cœpta,
aut ceris: pugillarium enim vſum fuiſſe etiam ante Troiana tempo-
ra inuenimus apud Homerum.* Et poſtea etiam remanſit cerarum
vſus, vt ex Plinio Iuniore conſtat, dum ait, *lib. 2. epiſtolarum. Erat
in proximo, non venabulum aut lancea, ſed ſtylus aut pugilaris: me-
ditabar aliqua annotabamq; ; vt ſi manus vacuas, plenas tamen ceras
reportarem.* Et Iuuenalis,

*Nonne libet medio ceras implere capaces*
*Quadriuio.*

7 ¶ Quare † quæ in ceratis tabellis, & per tranſlationem, in aliis
ſcripta erant, in ceris ſcribi dicebantur, & quod in primo loco, in
prima cera, & poſtea, ſecunda & tertia, &c. & in ima. Et ita apud
Suetonium legimus, *in Iulio Cæſar.* Iulium Cæſarem Q. Pedium
ex quadrante heredem inſtituiſſe, reliquos in ima cera. Et Aſco-
nius Pædianus extremam ceram, vltimam tabulam, vel vltimam
partem tabulæ interpretatur, *Aſcon. Peda. in 3. Verrinam Ciceronis.*
Quocirca primicerius primo ſcriptus in choro cantor, dignior.
Sic enim digniores in albo magiſtratuum primo ſcribebantur.
8 *l. 1. de Albo ſcrib. lib. 50. P. tit. 3.* ¶ Nihil † ergo prohibet quin hunc
cantorem Choragum quoque vocemus, appellarunt enim cho-
ragos priſci, vt refert Athenæus ex Demetrio Bizantio, *Non hos,*
inquit, *qui volunt nunc choros mercede conducunt, ſed eos qui chori
ſunt doctores, qui ſicut ait Demetrius Bizantius lib. 4. Poematis, iu-
bent, recte muſicæ incumbere, neque leges vetuſtas muſicæ præterire,
Athenæus, lib. 14. Dipnoſ. c. 13.*

9 ¶ Affinis † huic is qui χοροδέκτης apud Suidam dicitur, qui can-
tantes & ſaltantes admittebat in chorum, qui ſciret qui admitten-
10 di, & in quo loco chori eſſent diſponendi. ¶ Vocabatur † & χορο-
διδάσκαλος, chori magiſter, qui docebat eos quos in chorum ille
admittebat, quomodo cantare deberent: non enim paſſim lice-
bat etiam bona voce prædito eo inconſulto in chorum Ethnico-
rum etiã venire, teſte his verbis Ariſtotele, *lib. 3. Polit. c. 9.* οὐδὲ δὴ χο-
ροδιδάσκαλος τὸν μεῖζον καὶ κάλλιον τοῦ παντὸς χοροῦ φθεγγόμενον ἐάσει συγ-
χορεύειν, id eſt, *neque ſemper magiſter chori eum qui pulcriorem ac
11 meliorem toto choro vocem emittit, ſinit in choro eſſe.* ¶ Sicq; † & ne-
ceſſarium dixit idē Ariſtoteles chori ſummã apud vnum eſſe, *A-
riſto. lib. de Poetica.* Quare apud Athenienſes, in feſtis ſuorum ido-
lorum conſtituebantur chori a tribubus quæ decem erant, & ex
vnaquaq; tribu eligebatur choragus, vt auctor Demoſthe. & Li-
banius, *in oratione in midiam, & in eam Libanius in argumento* In
choris quoque eorum cantum fuiſſe, etſi eorum alius quam in
ſacris vſus teſtatus Macrobius, *in initio Saturnalio. Vides*, inquit,
*quam multorum vocibus chorus conſtet, vna tamen ex omnibus red-
ditur vox, vna eſt illic acuta, aliqua grauis, alia media, accedunt vi-
ris fœminæ, interponitur fiſtula.*

12 ¶ Suidas † chorum eccleſiaſticum ait eſſe cœtum canentium
in templis: & choros eccleſiarũ diuiſos fuiſſe in binas partes ſub
Conſtantino Conſtantini Magni filio, & Flauiano epiſcopo An-
tiochiæ. Et ex Antiochia vbi cœpit in omnes mundi partes tranſi-
uiſſe morem ita pſallendi bifariam pſalmos Dauidicos. Hæc tamē
Suidæ opinio non valde de initio pſallendi in aliis probabilis. Si-
quidem legi apud Socratem, *lib. 10. hiſtor. Tripartitæ. cap. 9.* & Ni-
phorum Calixti, *lib. 13. cap. 8. hiſtor.* modum antiphonarum, id eſt,
modum concinendorum carminum per mutuam reſponſionem
& per vices, iam ab apoſtolorum temporibus cœpiſſe. Nam tem-
pore Diui Ignatii, qui tertius in eccleſia Antiochena a D. Petro
apoſtolo hierarcha fuit, & qui cum apoſtolis plurimo tempore
vixit, ea pſallendi formula inſtituta ab eo eſt. Publice tamen in
duas partes Antiochiæ choro diuiſo Dauidicam melodiam pſal-
lere docuere Flauianus & Diodorus: poſtea epiſcopi, vt auctor
Theodoricus, *lib. 5. hiſtor. Tripartit. c. 32.*

¶ Additur † interdum cantoribus, & magiſtris chori præcen- 13
tor, qui modulationem incipit, *can. cleros, 20. diſt.* forſan conue-
niens cum eo qui Græcis vocatur χοροστάτης, ὁ τὸν χορὸν ἱστάς. Quod
colligitur ex epiſtola quadam Iuliani, *ad Iamblychum*, dum ait, κα-
θάπερ οἱ τῷ διονύσῳ τὸν διθύραμβον κρούοντι πρὸς τὴν χορείαν ἄνετοι φέρονται,
οὕτω καὶ ἡμεῖς ὑπὸ τῷ σῷ πλήκτρῳ τὸ εἰκὸς ἀντηχήσομεν: ὥσπερ οἱ τῷ χορο-
στάτῃ πρὸς τὸ ἀνάκλημα τοῦ ῥυθμοῦ συμμαρτυροῦντες. Quibus docet cho-
roſtatas reſpondere ad auſpicatum rhitmi. ¶ Choroſtates † dici 14
poteſt in quibuſdam eccleſiis nominatus ſuccentor, cuius & be-
ficium dicitur ſuccentoratus, habens dignitatē alicubi, vt in Picta-
uienſi eccleſia, *c. inter dilectos, c. 11. de exceſ. præla.* alibi autē tantum-
modo habens officium, alibi perſonatum. Mores enim & conſue-
tudo eccleſiarum in iſtis, & in cantorum præcentorum, & alio-
rum beneficiorum qualitatibus ſequi oportet, *c. cum olim, c. 6. de
conſuetu. ap. Greg.* Beneficia porro hic cantorum, præcentorum,
& ſuccentorum & officia, alia ſunt a communi canonicorum of-
ficio modulandi & canendi. ¶ Et † pariter diſtincta a Choraulis, 15
quorum munus per clerum aut canonicos, alioſve præbendatos
fit per vices: iſti enim choraulæ ex diuerſo more Regionum, vel
ſedent, & cantant, & cęremonias perficiunt, vel circa exedras cho-
ri diſcurrunt, & deficientes in cantu canentes admonent, & voci
ſeu conuenienti modulationi reſtituunt: ferunt alicubi ſcipiones
argenteos vel auratos, alibi ſacrum pallium quoque ſumunt, &
eos qui reſponſoria incepturi ſunt monent de reſponſorii initio
& voce ſeu tono. Dicti choraulæ metonymia facta a chauraulis
antiquorum: etenim in choris eorum erant qui inflabant tibias,
quæ choris canentium miſcebantur, inde & dicti choraulæ. Sunt
in eccleſiis choraulæ qui primi reſpōſoria & antiphonas inchoāt.

## De Præbendatis, & canonicis vtriuſque ſexus. Cap. 23.


1 *Præbendati vnde dicti, & quid præbenda in plurali numero, & 5.*
2 *Salgamum quid.*
1.3 *Præbendæ publicæ.*
*Ventidius Baſſus, eod.*
4 *Præbia, & præda vnde declinatur.*
6 *Præbenda in ſingulari beneficium.*
7 *Præbenda duplex, laicalis, & ſpiritualis, & quæ laicis debetur.*
8 *Præbendæ laicis datæ in eccleſiis iuris regii a rege.*
9 *Præbendæ ſpirituales duplices, ſimplices & canoniales.*
*Præbenda ſimplex quale beneficium, eod.*
10 *Præbendati hebdomadarii qui.*
11 *Præbendati aſſiſii.*
*Aſſiſii in eccleſia qui, eod.*
12 *Præbenda canonialis quid.*
*Canonia quid, eod.*
13 *Canonici qui non ſunt ſubdiaconi, non habent vocem in capi-
tulo.*
14 *Canonia in herbis & ad effectum, qui & quos non percipiant
fructus.*
15 *Mandatarius in beneficiis habet ius ad rem, ſed non in re.*
16 *Canonici clerici primi gradus honorabiliores aliis beneficia-
riis.*
17 *Canonici quare ita dicti.*
*Canonici, harmonici, Pythagarici qui, eod.*
18 *Canonicorum alii regulares, alii ſeculares.*
*Canonici regulares qui, eod.*
19 *Arnulphus canonicos regulares auſpicatus.*
*Monachi canonici facti, eod.*


20 Canoni-

20 *Canonicæ ſeculares mulieres.*
21 *Beguinæ.*
22 *Præbenda præbendatorum & canonicorum, ex tribus, præbenda, diariis, & de menſa.*
23 Lagroſſæ, *inter præbendatos quid.*
24 *Diſtributiones quotidianæ, manualia dicuntur præſentibus debita.*
25 *Canonici abſentes ſtudiorum cauſſa quid ex præbendis percipiãt, & 26.*
26 *Menſæ fructus quomodo, & quando inter canonicos diſtribuantur.*
27 *Canonici nuper recepti habent æqualem partem in fructibus menſæ cum antiquis.*

1 PRæbendati † ab eo, quod victus cauſſa præbetur in eccleſiis
dicuntur. Præbenda enim abſolute in plurali numero apud
priſcos dicebantur, quæ parœchi quotidie legatis publice miſſis
exhibere tenebantur, ligna, ſal, vt innuit Horatius, *Sermon. Satyr.
5. & ibi Aeron.*

*Proxima campano ponti quæ villula tectum*
*Præbuit, & parochi, quæ debent ligna, ſalemq;.*

2 ¶ Vocant † iura codicis ſalgamum, quod præbetur ab hoſpiti-
bus militibus, quo tamen nomine non veniunt culcitræ, lignum,
aut oleum, *l. 1. de ſalga. hoſpitib. non præſt. lib. 12. C. tit. 24.* ¶ Meminit
3 & † Gellius de præbendis publice, dum agit de Ventidii Baſſi for-
tuna, & eum dum adoleuiſſet victum ſibi ægre quæſiuiſſe, ſordi-
deque inueniſſe, comparatis mulis & vehiculis, magiſtratibus qui
ſortiti prouincias fuiſſent præbenda publice conduxiſſe, *Gellius,*
4 *lib. 15. cap. 4.* ¶ Ab † eadem declinatione Varro, *lib. 6. de ling. Lati.*
vocat præbia ἀλεξητήρια, vel amuleta, a præbendo. Vt ſi lorum
detur quod ſit remedio pueris. Et alibi, *Varro, lib. 4. de ling. Latin.*
verbum præda & prædes, a præſtando ducit, quod ea pignore da-
ta publice mancupes fidem præſtent. Erant & largitiones ab im-
peratoribus factæ prouincialibus, quæ & præbenda dicebantur,
vt apud Caſſiodorum, *præbendarum,* inquit, *tenor adſcriptus, quem
noſtra diuerſis largitur humanitas prouincialibus, &c. Caſſiod. lib. 5.*
6 *Varia.* ¶ In † iure pontificio & beneficiorum tractatu præbenda
in ſingulari numero, eadẽ tamen ſignificatione, vſurpatur. ¶ Hęc-
7 que duplicis generis præbenda dicitur, vna datur laicis: altera quę
tantum conceditur clericis titulo beneficii. Laicis præbentur ab
eccleſiis quædam annonæ ſtipendiorum gratia, ratione obſequii
vel officii, vel ſolicitudinis impenſæ in eccleſiam, *gloſſ. in cap. cum
Martinus, in verb. receperunt, de conſtitutio. & ibi Panor. nu. 22.* cu-
iuſmodi ſunt quæ præbentur aduocatis, ſyndicis, & aliis. Impo-
nuntur & eccleſiis onera annonarum præbendarum nobilibus
pauperibus, vel ob ſeruitium temporale, vt ſcribit Compoſtella-
nus, & poſt eum Panormitanus, *in d. c. cum Martinus.* locum ha-
bere in eccleſia S. Martini Carnotenſis. Atque idipſum Symma-
chus Papa, ratione temporalis conceſſionis, *cap. poſſeſſiones, 16. q. 1.*
permiſit. Et D. Hieronymus omnibus monaſteriis præcepiſſe vi-
8 detur, *D. Hieron. ad Damaſ. & in cano. fin. 16. q. 1.* ¶ In † Gallia in
monaſteriis quæ regii iuris ſunt & fundationis vel dotationis re-
gis præbendæ huiuſmodi ſunt, in quibus princeps milites mem-
bris mutilos pauperes, etiam inuitis monachis alendos quamdiu
vixerint ſtatuit, *c. maioribus, & c. cum cauſſa, 36. de præben.* Et ſæpe
ita iudicatum Tholoſæ vidi a curia ſuprema, repugnantibus mo-
nachis largitioni regiæ & codicillis eius. Nec mirum ſi princeps
ita poſſit ſtatuere, cum præbendæ in fructibus conſiſtant pro-
9 pria natura, quorũ & laici capaces ſunt. ¶ Alterius † generis præ-
bendæ quæ debentur clericis, ſpirituales dicuntur, & beneficii
eccleſiaſtici nomine cenſentur, quod habeãt ſpiritale munus an-
nexum, diuiſis portionibus tamen, non antea, *ca. ex parte Haſten-
ſis, ca. 10. de conceſſ. præb. lib. 3. Decret. tit. 8.* Hæ rurſum vel ſimplices
vel canoniales dicentur. Simplex præbenda, eſt ius ſpiritale reci-
piendi certos prouentus, in eccleſia collegiali competens ob di-
uinum officium cui præbendatus inſeruit, *interpretes in cap. cum
Martinus, & ibi Felin. nu. 3. & Panor. nu. 22. & 23. de conſtit.* In ſpi-
ritali conſiſtit titulus, in temporalibus præbendarum ſubſtantia.
Simplices præbendæ poſſidentur per clericos ſecundi ordinis in
10 eccleſia collegiali. ¶ Quorum † aliqui ratione officii diuini maio-
ris, quod exſequi debent exemplo, & loco canonicorum, qui per
vices integras hebdomadas ſolemnia miſſarum & officii diuini
peragere tenentur, *arg. ca. dilecto, c. 25. de præben. ap. Greg.* Hebdo-
madarii dici poſſunt aliquando, & qui vno gradu ſimplices præ-
11 bendarios antecedunt. ¶ Sunt † & alterius generis ſimplicis præ-
bendati, dicti aſſiſii, *c. pen. de cleri. non reſident. & ibi gl. 1. ap. Greg. lib.
3. tit. 4.* vel manſionarii alicubi dicti, *habituez,* in Gallia. ¶ Cano-
nialis † præbenda ea dicitur, quæ eſt annexa canonicatui, quæve 12
ea omnia continet quæ ſimplici concluduntur, & vltra habet vo
cem, ſeu ius ſuffragii ferendi in capitulo exſedram ſeu ſtallum in
choro ſeu in periſtyliis, & alicubi, vt Cadurci, pacis oſculum, *c. di-
lecto, & c. pro illorum, de præben.* Hæc enim habent canonici, ſi mo-
do ſint ſubdiaconi. ¶ Nam † qui non ſunt ad ſubdiaconalem ordi- 13
nem promoti, ſententiam non dicunt, id eſt, non habent vocem
in capitulo, *Clem. 3. de ætate & qualita. in Clem. c. ex ratione, eo. tit. ap.
Greg.* ¶ Quemadmodum † neq; illi qui creati dicuntur canonici 14
in herbis, vel honorarii, vel ad effectum obtinendi primam vaca-
turam prębendam, qui nec quotidianas diſtributiones ſeu diarias
annonas habent, nec actibus capitularibus interſunt, *Imola in
Clem. fi. de præb. col. 2. Rebuff. in §. fi. de reſerua. in Concordan.* nempe
quod proprie non ſunt canonici, habita ratione pręſentis tẽporis,
quales mandatarii vel qui habẽt literas exſpectatiuas, *in Rota deciſ.
445. tit. de præben. in nouis, Staphilæus in prima forma gratiarum ex-
ſpectatiuarum.* ¶ Quia † qui habet canonicatum ſub exſpectatione 15
præbendæ, habet quidem ius ad rem, ſed non in re, *c. fi. de conceſ.
præb. in Sex. ca. quadam, de præb. in Sex.* & qui vere habet canonica-
tum, habet vel habere debet in præſenti vel de proximo præben-
dam, *c. relatum, & c. dilectus, de præb. c. cum ſuper, de conceſſ. præben.
c. cum Martinus, de conſtit.* ¶ Innocẽtius † ratus eſt, canoniam lon- 16
ge honorabiliorem alio ſimplici beneficio, & idcirco canonicos
dici clericos primi gradus, alios etiã beneficiatos ſecundi gradus,
*Innoc. in c. ſedes, de reſcr.* ¶ Canonicis † qui annonam ſtatã habent, 17
& priuilegia certis maioribus clericis deſtinata dicuntur, οἱ ἐν κάνο-
νι, id eſt, qui in album talium clericorum in eccleſia relati ſunt:
ſiue qui canonẽ, id eſt, demenſum ex eccleſiaſtico ærario capiunt,
vel primi in eccleſia, quemadmodum a Pythagoricis dicebantur
κανονικοὶ harmonici, qui primas in iudicando partes longeq; ratas
maxime rationi adſcribebant, *Cæl. Rhodig. lib. 5. c. 11.* ¶ Canonico-
rum † & canonicatuum præbendæ iterum, vel monachales ſeu
regulares ſunt, vel ſeculares. Regulares ſunt in monaſteriis, vnde 18
vetitum ne quis in duobus monaſteriis locum occupet, *c. fi. de re-
gular. ap. Greg. & c. ne nimia, § fi. de religio. dom. gl. in Clem. 2. de iud.*
Et ii etiam habent ſuffragii ius in ſuo capitulo, *c. conſtitutis, 47. de
elect. ap. Greg.* ¶ Scribit † autem Volaterranus, Arnulphum abba 19
tem canonicorum regularium ordinem auſpicatum circa annum
domini 1066. Munſterus tamen notat, Spirenſes, Wormacienſes
& Maguntinenſes canonicos, monaſticę vitæ profeſſione abiecta
ſeculares fieri & ſeorſum habitare cœpiſſe circa annum domini
966. Sed iſti inter ſeculares annumerandi, vt plerique alii in Gal-
lia & alibi, qui eius generis ſunt, non regulares.

¶ Sunt † & mulieres etiam, quæ vulgo dicuntur canonicæ ſecu- 20
lares, viuentes exemplo ſecularium canonicorum, quæ non re-
nuntiant propriis, nec profeſſionem vllam faciunt, quas conci-
lium Vienenſe non probat, verum & eas viſitari, *Clement. 2. de ſtat.
monac. c. indemnitatibus, 43. §. pen. de elect. in Sex.* ¶ Nominatq; † eas 21
beguinas: atque illis iubet aliquam viuendi normam & regulam
monachalẽ deligere, *cap. 1. de relig. domi. & vt epi. ſint ſubiec. apud
Clementem.*

¶ Ceterum † annona quæ præbetur præbendatis & canonicis, 22
tribus modis diſtinguitur, & ex tribus varie conflatur. Nam vel
præbenda ſeparata & ſtata annua eſt, vel conſiſtit in diariis ſeu diſ-
tributionibus quotidianis: vel percipitur ex menſa communi, ſi
ſit, *videndum c. vnicum, cum gl. pen. de cler. non reſid. in Sex.* ¶ Præ-
bendæ † nomen refertur ad id quod vocant, *lagroſſe. in d. c. vnico* 23
*gloſſ.* ¶ Quotidianæ † diſtributiones, manualia dicuntur quoque 24
beneficia, *c. olim, c. 16. de verb. ſign.* ſeu victualia: quæ tantum præ-
ſentibus officio diuino diurno diſtribuuntur. ¶ Qualia ea, quæ ex 25
anniuerſariis diſpenſantur tantum iis, qui orationibus interſunt,
*d. c. vnic. de cleri. non reſiden. in Sex. c. de cetero, eo. tit. ap. Greg. c. licet,
de præben. ap. Gregor.* non autem abſentibus, etſi ſtudiorum cauſſa
abſint, quibus præbenda tamen integra remanet. ¶ Fructus † men- 26
ſæ dicuntur ea, quæ vltra præbendæ fructus, vel diaria & manua-
lia, ex aliis reditibus capituli colliguntur ſimul, & in communi re-
ſeruantur, diſtributi non certo tempore, ſed aliquando cum inter
canonicos participes placuerit. Quorum quoque qui abſens ſtu-
diorum cauſſa eſt, fit particeps, non autem alii ſine cauſſa, vel ea il-
legitima abſentes, *Felin. in c. Iacobus, num. 1. de Simon. Panor. in ca.
licet, in fine, de præben.* ¶ De † his fructibus annotat vnum valde 27
ſingulare Calderinus, *tit. de præben. conſil. 21.* vt ſi hoc anno contin-
gat diuidi fructus menſæ, q̃ præteritis annis collecti & coacti fue-
rint, canonicos qui vel hodie, vel nuperrime fuerint creati ſeu in-

ſtituti vel ordinati, æqualem partem cum ceteris antiquis facere. Quod etiam ſcribit Felinus, *in c. Iacobus, nu. 1. de Simon.*

## De Curionibus, Rectoribus, Parochis, Plebanis & Vicariis. Cap. 24.

1 *Curiones & curati vnde dicti: a cura & curia.*
2 *Curionum ſeu curatorum officium & munus.*
3 *Curionis qualitas & ætas.*
4 *Eccleſia reparari a quo debeat, & num a curione.*
5 *Decimarum pars epiſcopo debita hodie quare remaneat apud curionem.*
6 *Parochi & parochiani qui, & quare ita dicti.*
7 *Parœchia & parœchi quid.*
8 *Parœchia etiam diœceſis, epiſcopalis dicitur.*
9 *Parochiani quare in parœchia propria debent baptizari.*
10 *Rector eccleſiæ quis dicatur, & quare, & quid rectoria.*
11 *Rectoris nomen generale ad plura pertinens, & eius officium.*
12 *Plebanus quis, & quare dictus.*
13 *Plebania aliquando maior rectoria.*
14 *Plebs in plebania & alibi quomodo intelligatur.*
15 *Vicarius perpetuus quis, & quare dictus.*
*Vicaria perpetua beneficium & quale. eo. & 18.*
16 *Prior beneficiatus quis.*
17 *Vicarii perpetui, & temporalis differentia.*
18 *Prioratus cum vicaria perpetua quid.*
19 *Rectori vel vicario perpetuo congrua debita portio beneficii, & peti poteſt.*
20 *Congrua portio vicarii perpetui quomodo conſtituenda, a quibus ſupplenda, formula petendi, coram quo iudice petatur, & quæ quantitas congruæ portionis.*
21 *In congrua penſione vicarii perpetui quæ ſint conſideranda.*

1 A Beneficio, † quod curam animorum habet, denominantur
curati, meli⁹ curiones parochi, rectores, parochi, vicarii per-
petui. Sacerdotia enim ſunt, quibus ineſt cura animarum, alia im-
munia ab illa ſolicitudine, *c. cum ſingula, de præben. in Sext. cap. de
multa, eo. ti. ap. Greg.* vt in beneficiis paulo poſt, Deo fauente, latius
docebitur. Curiones recte dicti a curiis etiam, id eſt, a regionibus
vrbis, quibus in ſacris præponuntur, vt eſt apud Varronem, 4. *de
ling. Lat.* quemadmodum Romæ quæ per curias diuiſa erat, tem-
pore idololatriæ ex ſingulis curiis præficiebantur ſacris & delige-
bantur ad ſacerdotium, ex lege Romuli. *Dionyſ. Halic. in* 2. Et curię
& curiones a curia regionum ſeu locorum & hominum eorũ di-
2 cebantur. ¶ Proinde † curiones in ſibi conceſſis locis curam ſu-
ſcipiunt diſtribuendorum ſacramentorum perſonis ſibi ſubditis,
prædicandi verbum Dei, audiendi exomologeſes, *Clem. dudum. §.
verum. de ſepultu. c. 1. eo. tit. ap. Grego.* diuinorum officiorum, *c. 2. de
parochi.* abſoluendi confeſſa delicta, *ca. omnis vtriuſq; ſexus, de pœ-
3 niten. & remiſ. can. placuit, de pœniten. diſt. 6.* ¶ Quo † fit, exigi in eo
qui curionis munere fungi vult, & potiri beneficio, cui cura ani-
morum adhæret, probatos mores, ætatem 25. annorum, ſaltem vt
legitimam, ordinem ſacerdotalẽ actu, vel vt eum conſequatur in-
tra proximum annum a die adeptæ pacificæ poſſeſſionis eccleſiæ,
*c. licet, can. 14. c. ſtatutum, 22. & ca. commiſſa, de elect. in Sexto, lib. 1.
tit. 6.* vt per ſe hanc fori pœnitentiarii, ligandi & abſoluendi pote-
ſtatem, & reliqua quæ ſui muneris ſunt, & alia quæ non poſſunt,
4 niſi a ſacerdotibus fieri, præſtare poſſit. ¶ Ad † eius curam quoq;
pertinet, ex reditibus ſacerdotii templum ſartum tectumq; con-
ſeruare. Cum enim antiquitus Curio partiretur reditus benefi-
ciorum cum epiſcopo, qui & fabricæ curam ſubibat, & cum pau-
peribus, tertia vel quarta parte contentus, tunc immunis quidem
erat ab hoc onere, *ca. de reditibus, & ca. quatuor, 12. q. 2 ca. nõ decer-
5 nimus, 10. q. 1.* ¶ Sed † hodie epiſcopalis pars eius rei gratia, & pau-
perum quoque quæ in pauperes diſtribuenda eſt, apud eum re-
manet, *can. placuit, can. priſcis, can. vnio.* 10. *quæſt.* 3. Vt non imme-
rito quædam gloſſella dicat, nõ teneri laicos ad contributionem
fabricarum eccleſiaſticarum coacte, *gl. in d. canon. quatuor, 12. q. 2.*
Multoq; minus debent conqueri, ſi pro pauperum alimentis de
reditibus conferre cogantur, qui ſponte ſuam debitam opem illis
6 non præſtent. ¶ Dicuntur † & iſti curiones parochi, vt proprio
conſtat titulo, *de parochis, & parochia. lib. 3. Decret. titul. 29.* παρεχὴ
Græcis præbitio eſt, πάρεχος, qui magiſtratibus, *d. c. licet canon, &
c. ſtatuimus, de elect. in Sex.* & legatis annonas ſalis & ligni præbe-
bat, vt ante meminimus in præbenda. Hinc Parochia, parochi, ec-
cleſiæ parochiales. Et curio, vt diximus, ſacramenta & alia præbet
ſubditis: illi contra curioni dant decimas, *c. quoniam a nobis, & to-
to tit. de decimis.* & alia ad cultum diuinũ neceſſaria in eccleſia quã
exſtruxerunt, *ca. 1. de ſepult. ca. nemo, de conſecr. diſt. 1.* & proprie illis
decimæ debitæ, *c. cum ſicut, de conſecr. eccl. c. reuertimini, & can. de-
cimæ, 10. q. 1. Malach 3.* Et forſan dici parochias ab agrorũ aſſigna-
tione, qui eas præſtarent non erit alienum. Sic apud Pomponium
Lætum, *comitibus*, inquit, *& ducibus qui pro imperii augumento
conſenuerant, dabantur agri, villæq;, vt neceſſaria ſuppeterent, quo ad
uiuerẽt, quos parochias vocabant. Pomp. Læt. in Conſtantino.* ¶ Quã-
quam non me fugiat Budæum, *in Cõmen. lingua Græcæ.* parœchias 7
nõ parochias legendum eſſe annotare: quod παροικία ſit vicinia &
accolarũ cõuentus, habitatio, curia, vnde curiones, ἀπὸ τοῦ παροικεῖν,
ab eo, quod iuxta habitent. Vtramq; namq; lectionem probo, &
ita conuenire arbitror, vt vna aliam non expungat, & hoc nomi-
ne antiquos Chriſtianos vſos fuiſſe fidem facit D. Auguſtinus, *lib.
14. de ciuit. Dei. fuit*, inquit, *presbyter quidã nomine reſtitutus, in pa-
rœchia Calamenſis eccleſiæ, &c.* Tunc enim diſtincti erant fines pa-
rœchiarum, ſicut & diximus tempore Dionyſii ſummi pontificis
per orbem iuſſu eius factum. Quare & parœchia pro loco benefi-
cii accipitur, *ca. quoniam a nobis, de decimis ap. Greg. cum ſimil.* ¶ Et-
ſi † de epiſcopatu agatur, pro diœceſi quoque, *can. bona rei, 12. q. 2.* 8
*c. ad apoſtolicæ, ca. 20. de decimis, lib. 3. Decret. tit. 30. c. ſignificauit, c.
6. de offi. ordinar. lib. 1. Decret. tit. 31.* ſingulis enim epiſcopis & curio-
nibus diſtributæ fuerunt eccleſiæ, & loci definiti, vt de his curam
habeant & reddant rationem, *c. eccleſias, 13. q. 1.* Et definitionem li-
mitum inter ſubſtantialia parochiæ annumerat Ludouicus Ro-
manus, *conſ. 356. incip. circa primum, col. 1.* Videbis autem in quibus
cõſiſtant iura parœchiarum apud Alexandrum, *conſil. 74. in 4. vol.
incip. viſo.* ¶ Proinde vt cognoſcant curiones, de quibus ineunda 9
eſt eis cum Deo ratio, recte inſtitutũ eſt, vt nati in propria eccle-
ſia a ſuo paſtore vel eius vicario baptizentur: & fontes baptiſma-
tis, ſeu baptiſterium in eccleſia parœchiali, non alibi ſit, vbi natus
& fidem, *can. plures baptiſmales, 16. q. 1.* & nomen profiteatur. Quẽ-
admodum & fiebat aliquãdo, natorum profeſſio nominis & gen-
tis apud Romanos, *Plut. in Parallelis.*

¶ Rector † appellatur & curio, ſacerdos qui plebem & popu- 10
lum ſibi commiſſum regit, *c. 1. de capel. mona. c. 3. de vit. & honeſt.
cleric. c. fi. 9. diſt.* Rector itaque eccleſiæ dictus, *c. 3. de cleri. agro. lib.
3. Decret. tit. 6.* & beneficium rectoria, *ca. ſi de præben. lib. 3. Decret.
tit. 5.* idem quod cura paſtoris ε primi, *canon. ſic rector, 43. diſt.* ¶ Sic-
que † hic rector, alius eſt a rectore quolibet, qui & ſecularis eſſe 11
poteſt, & eccleſiæ, & alterius rei, & alterius, quam eccleſiaſticæ
poteſtatis, *vt in cap. fi. de Iudic. lib. 2. Decret. tit. 1. c. aduerſus, de im-
munita. eccleſ. & tit. de offic. rectoris prouinc. in P.* Omnis enim, qui
imperat, moderatur, & regit, rector dici poteſt: vt rector prouin-
ciæ, Academiæ, ciuitatis, & ſic de ſimilibus. Quorũ officium pau-
cis explicat Eccleſiaſticus. *Rectorem*, inquit, *te poſuerunt, noli extol-
li, eſto in illis quaſi vnus ex ipſis, curam illorum habe, & ſic conſidera:
& omni cura tua explicata recumbe, vt lateris propter illos, & orna-
mentum gratiæ accipias, & dignationem conſequaris corrogationis,
Eccleſiaſtici, c. 32.*

¶ Plebanus † ipſe idem curio ab Honorio 3. ſumm. pontif. di- 12
citur, qui habet plebis curam, *c. fin. ne cleric. vel monach. ſecular. ne-
got. ſe immiſceant, lib. 3. Decret. tit. 50. c. 1. eo. tit. in Sex.* & beneficium
quoque plebania, *d. cap. ne cleri. vel monach. in Sext.* Itali populum,
*la pioue*, & plebeium, *il piouano*, nominant. ¶ Eſt † tamen aliquan- 13
do plebania aliud genus beneficii & maius, quam rectoria, habet
ſub ſe capellas, vt notant interpretes, qui & eam dignitatem eſſe
putant, *Ioannes Andreas in additionibus gloſ. ad c. 1. ne cleri. in Sext.
in verbo Capellas. Archidia. in c. plures, 16. q. 1. num. 4.* ¶ Plebs † hic 14
pro omnis generis populo accipitur, non autem tantum pro fece
populi, quæ Græcis ὄχλος & πλῆθος, turba ſemotis patritiis, & ſe-
natoribus, vt diſtincta erat a Romulo, *§. plebiſcitum, de iure natura.
Gelli. lib. 10. c. 20. Dionyſ. Halic. lib. 2.* Quare ſubditi erunt parocho
ſacerdoti, non tantũ viles & plebeii, ſed & nobiles, & ſenatores &
principes parœchiæ. Ita plebem facere dicuntur in iure decem
mancipia, aut decem homines, *can. vnico. 10. q. 3. gloſ. in c. 1. de elect.
ap. Greg.* plures quam decem aut quindecim, turbam, *l. prætor ait,
l. 4. §. prætor ait. vi bon. rapt. P.*

¶ Vicarius † perpetuus, & curio quoq; eſt: iſq; animarum curã 15
habet. Manauit autẽ origo curæ eius generis, a tempore quo, qui
beneficium poſſidebant habens animorum curam, quod aſſidui-
tatem ſeu reſidentiam exigit, cœperunt excuſari, ne aſſiduitatem
in loco beneficii redderent, ob maiorem dignitatem aduenientẽ,
vel quod fructus capitulo alicui vel collegio aſſignati fuerint, vel
aliam

aliam ob cauſſam, & proinde conſtitui cœpit vicarius, iſq; perpe-
petuus cum aliqua fructuum beneficii portione, qui regeret actu
populum, in eccleſia præpoſitus ex conſtitutione eius, qui alios
fructus perciperet, approbante & inſtituente epiſcopo, *ca. fin. de*
*offic. vicar. lib. 1. Decretal. tit. 28. c. exſtirpandæ, §. qui vero, de præben.*
16 *c. ſi vero, c. 6. eod. tit. in 6.* ¶ Et † ſic vicaria perpetua, beneficium di-
citur, *c. 3. de offic. vicar. c. adhæc, eo. Clemen. 1. eodem tit. apud Clemen.*
*Michael. de filiis presbyt. lib. 1. Decret. tit. 17.* atque eo modo ex v-
no beneficio duæ factæ appellationes: ſed vnus prior rector, vn-
de prior abſolute dicitur, alter vero ab eo præpoſitus, qui actu re-
17 git, vicarius eſt perpetuus cum inſtitutione epiſcopi. ¶ In † qua
inſtitutione differt a vicariis aliis temporalibus curionũ. Primum
quia & hic rector eſt actu, vt prior eſt rector habitu, *Clement. 1. de*
*off. vicar.* 2. quod morte etiam prioris non reuocatur eius pote-
ſtas, *c. adhæc. de off. vicar.* Alii autem vicarii temporales, ſiue epi-
ſcopo a curionibus præficiuntur, inſtituuntur, & deſtituuntur
nutu eorum, reguntve illis præſentibus, vt coadiutores vices eo-
rum exſequentes, ex communi omnium qui vices aliorum ge-
runt natura, *can. 1. 94. diſtinct. l. 1. de off. vicar. lib. 1. C. tit. 38. c. penult.*
*de off. vic. apud Gregor. c. ſi. eo. tit. in 6.* Nam quibus in rebus inter-
eſſe non poſſumus, in his operæ noſtræ vicaria fides amicorum
ſupponitur, *Cicero pro Roſcio Amer.* Quod ſi abſens curio ſit, vica-
rius temporalis eius nomine non poteſt regere, niſi accipiat &
impetret literas, vt dicunt, de regendo, ab epiſcopo: quod in vica-
rio perpetuo diuerſum eſt: Quia ab epiſcopo ſemel auctoritatem
quandiu vixerit acceperit, præſentante priore, & ita conſentien-
18 te. ¶ Quocirca † annotandum eſt, vicariam perpetuam vnum eſſe
videri beneficium cum prioratu, cui annectitur, *c. ſi pro eo, de præ-*
*bend. in 6.* ſiue ſit prioratus regularis, ſiue ſecularis: totidem enim
19 eius ſpecies eſſe poſſunt. ¶ Proinde † ex eo beneficio æquum eſt,
vicarium perpetuum idoneam & ſufficientem congruamve por-
tionem capere, *d. c. exſtirpandæ, §. quia vero, de præben.* ſi quidem e-
piſcopus non debet conſentire vnioni eccleſiarum, priuſquam
congruens portio earum presbyteris reſeruetur, *c. expoſuiſti, §. ſi.*
*de præben.* nec præſentatum a prioribus, niſi is habeat, vnde com-
mode viuere poſſit, *c. 1. de præben. in 6. c. de monachis, eod. titul. apud*
*Greg. Clem. 1. de iur. patron.* & iura epiſcopalia ſoluere, *d. c. de mo-*
*nachis, iura ponuntur epiſcopalia in c. conquerente, de off. ordin.* Po-
teſt tamen & epiſcopus præſentatum admittere primo ſi velit, &
poſtea preſentantem cogere idoneam & ſufficientẽ & congruam
ex fructibus beneficii penſionem illi præſtare, *iuxta ordinem lite-*
*ræ clemen. primæ, de iur. patro.* Idipſum ſequendum, quando bene-
ficia menſę capituli epiſcopi, abbatis vel monaſterii fuerint vnita,
vel ſi dantur temporalia beneficia religioſis: tunc namq;, & reſer-
uanda congrua portio vicariis perpetuis eccleſiarum, *c. in Latera-*
*nenſi, & c. de monachis, de præb. Clem. vni. de offic. vicar.* ¶ Congrua
20 portio † ſeu penſio vicarii conſideratur aliquando, habita ratione
oneris impoſiti eidem vicario, interdum ex conſtitutione modi-
cæ penſionis, interdum ex pactione: quando priores, vel qui præ-
ſentant vicarios, cum illis paciſcuntur, vt illi penſionem prioribus
ſoluant, & reliquos fructus ſuos faciant. Contingit autem vt id,
quod relinquitur deducta penſione ſoluenda, victui non ſufficiat:
quo caſu agitur per vicarium ita preſſum, ad leuandum onus pen-
ſionis, *ca. 2. de ſupplen. negligen. prælat. vide Rebuff. in tracta. congruæ*
*penſio. nu. 38. & 39.* Quandoq; etiam vicarius partem aliquam fru-
ctuum accipit, ſed non ſufficientem, & tunc eam augeri poſtulat
ab iis, qui fructus percipiunt, ſiue ſit epiſcopus, ſiue monaſterium,
vel alius prior, vel patronus laicus, aut eccleſiaſticus qui præſenta-
uerit, *cap. ſicut, de ſupplen. neglig. prælator. ca. auaritiæ, cap. de mona-*
*chis, c. in Lateranenſi, de præben. apud Greg. c. 1. eod. tit. in Sext. Clem.*
*1. de iur. patro.* Et ſi plures ſint, qui poſſideant decimas vel fructus
beneficii, a ſingulis pro modo poſſeſſionis petet, *argum. l. 3. §. ſi. de*
*alimen. & ciba. legat. P. l. ſi libertus, in 1. §. libertus, de bon. liberto. P.* ſe-
cundum formulam, quæ in curiis frequens eſt. Nempe abſolute
propoſita petitione decimarum antiquarum, & noualium: & vt
interim poſſit ſacramenta parochianis miniſtrare, per modum
prouiſionis, adiudicari congruam portionem, quando prior vel
patronus ſuæ poſſeſſionis & ſui iuris oſtendit titulum, *Rebuffus, in*
*6. quæſt. congruæ penſio.* atque reformari penſionem vſq; ad quar-
tam partem fructuum, *Rebuff. in tractat. de pacif. poſſeſſor. ampliat.*
18. quæ clericis curionibus debetur, *can. de reditibus, can. quatuor,*
*12. q. 2.* Agitur autem pro congrua hac penſione coram ordinario
loci epiſcopo, vel archiepiſcopo & ſede vacante coram capitulo,
nempe quod & hoc ſit iuriſdictionis epiſcopalis, quæ tranſit in
capitulum ſede vacante, *ca. 1. ne ſede vac.* vel coram conſeruatori-
bus Academiarum, *Rebuff. de congrua penſio. num. 58.* Agitur & in-
terdum coram iudice ſeculari, ſi de poſſeſſione decimarum anti-
quarum & noualium, coram eo pendeat quæſtio, veluti de inci-
dente controuerſia, quæ ad iudicem potioris cauſſæ, ne diuidatur
eius notio, pertinet, *eo. Rebuff. num. 59. argumento l. quoties, de iu-*
*dic. C. & ca. tuam, de ordine cognitio.* idque per modum prouiſio-
nis, vt pendente lite interim alatur ſacerdos, qui actu curę inſidet.
¶ Ceterum † in conſtituenda portione congrua vicarii, iudex ha-
bebit rationem victus vicarii & alimentorum ſufficientium, *cap.*
*pen. 12. q. 1. c. de his, de eccleſ. ædific.* ſecundum qualitatem perſonæ &
quantitatem prouentuum beneficii, *l. cum vnus, § ſi. de alimen. le-*
*gat. P. l. ſed etſi, §. 1. de vſufr. in P. l. cum poſt. § gener, & l. quæro, de iur.*
*doti. P.* nam qui in dignitate eſt, maiora percipere debet, & mere-
tur, *c. de multa, de præben.* Item, vt diximus, habebitur ratio one-
rum ſubeundorum eccleſiæ & epiſcopalium, aliorumq; clerico-
rum, quos ſecum habere debet, *c. vt quiſque, de vita & honeſta. cle-*
*ric. c. propoſuit, de filiis presbyteror.* & reparationis eccleſiæ, *c. paſto-*
*ralis, de his quæ fiunt a prælat. ſine conſen. cap.*

## De Coadiutoribus. Cap. 25.

1 *Coadiutor quis.*
2 *Coadiutor viuenti datur præſuli, non autem in præſulis locum a-*
*lius ſubrogatur.*
3 *Coadiutores Moſi, & aliis dati.*

NON † ſolum vicarii temporales, de quibus proximo capite 1
ſuperiori dictum eſt, coadiutores dicũtur, ſed & alii, qui mu-
nus præſulis cuiuſq; in eccleſia ſupplent: qui tamen titularii non
ſunt, ſed coniunguntur titulariis ſi ipſi ægritudine perpetua labo-
rent corporis, vel nimia ſenectute premantur, vel alia rationabi-
li cauſſa, ſine crimine tamen, non poſſint munus ſuum exſequi.
¶ Quamdiu † enim viuunt veri titularii, nunquam alius in eo- 2
rum eccleſiis ſubrogatur, *cap. 1. de conceſſ. præbend.* & proinde co-
adiutorem dari receptum eſt, *tota 7. quæſt. 1. & can. 1. 2. 3. 4. de cleri.*
*ægrotan. lib. 3. Decretal. titul. 6.* Sicut & religioſe fuit apud ethnicos
obſeruatum, vt nec viuentis, quantumuis criminum rei, ſum-
mum pontificatum alteri concederent. Qua ratione Octauius
Auguſtus, recuſauit ſummum pontificatum a populo ſibi obla-
tum, viuente Lepido pontifice, *Dion Caſſ. lib. 49. hiſt.* Sicut enim
inter prelatum & ſuam eccleſiam dicitur coniugium, ſic nec illud
diſſolui, vel eccleſia alteri viuente paſtore, etſi deſtituto viribus,
dare ſine adulterii crimine poteſt, *cap. ſicut vir. 7. quæſt. 1. c. quanto,*
*de translat. epiſc.* Non ſecus, quam legitimum matrimonium inter
coniuges, extra mortis cauſſam iure communi indiſſolubile eſt, *c.*
*ſin. de condit. apoſtol. D. Matthæi cap. 19. ca. quos Deus, 33. q. 2. ca. qui-*
*cunque, & c. quanto, de diuorti. cap. fin. de adult.* ¶ Accepit Moſes in 3
adiutorem legationis impoſitæ Aaronem fratrem, *Geneſ. cap.* 4.
& 7. & in munere iudicandi, ex conſilio Ietro adiunxit ſibi tribu-
nos & centuriones, *Exod. cap. 18. & Numerorum cap. 11.* Habue-
runt apoſtoli coadiutores, vt D. Petrus Linum, & Clotum, *cano. ſi*
*Petrus, 8. q. 1.* Priſca, & Aquila, & Timotheus adiutores D. Pauli,
*ad Rom. cap. 16.* D. Auguſtinus a Valerio notæ ſanctitatis epiſcopo
Hipponenſi, epiſcopalis officii adiunctus adiutor. Et Valerius
Cæſarauguſtanus epiſcopus D. Vincẽtium coadiutorem in enun-
tiando Dei verbo habuit, propter linguæ impedimentum, quo
Valerius officio eo fungi non poterat.

## De Intitulatis. Cap. 26.

1 *Intitulatus vnde dictus, & quid titulus ordinati.*
2 *Titulus a quibus conſtituatur, & 9.*
3 *Sine titulo nemo ordinandus.*
4 *Clerici qui dicantur vere.*
5 *Clerici ſeminarium maiorum ordinum, & ſacerdotes ex appro-*
*batis.*
*Rectores prouinciarum ex approbatis eligendi, eod.*
6 *Mendicitas in clero turpis viſa, non paupertas voluntaria.*
7 *Sacerdotes Romanorum cenſum ſufficientem habebant, ante-*
*quam legerentur.*
8 *Clerici non poſſunt fieri aliis obærati.*
9 *Titulus non poteſt capi a creditoribus intitulati.*

INTITVLATVS † inter perſonas eccleſiaſticas annumera- 1
tur, a titulo dictus. Titulus porro dicitur a tuendo, quod fa-
ctum ſui auctoris tueatur. Factum autem, quod hic tutandum
& defendendum, eſt ordinatio clericorum in gradus maiores,
quæ concilio Lateranenſi non permittitur, niſi de eo qui habet



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bona, vnde Deo extra ſeruilia opera, poſſit commode & honeſte
2 inſeruire, *c. epiſcopis, c. 4. de præben. apud Gregorium.* ¶Titulum, † &
viuendi veluti reditum, coram epiſcopo ſibi cōſtituunt ordinan-
di ex ſuis propriis facultatibus: interdum alii nomine ordinando-
rum res proprias obligationi ei ſubiiciūt, ea lege vt quamdiu or-
dinati vixerint, poſſint alimētis inde neceſſaria capere, vel donec
beneficium eccleſiaſticum adeptus fuerit ordinatus. Interdum
quoq; intitulatus in eccleſia dicetur, is qui ab aliqua eccleſia ad-
miſſus, & dignus habitus eſt, qui ſtipendiis eius nutriatur, vel an-
3 nona ſeu præbenda vel capella fruatur. ¶Et † hic vere titulatus,
qui aliquando tantum capax maioris ordinis promotione vt pro-
batus habebatur, non alii, ex concilio Vrbani Papę, *can. ſanctorum
canonum, diſt.* Et ita in concilio Chalcedonenſi cautum quoque,
vt nemo ordinetur, niſi manifeſte, in eccleſia ſuæ ciuitatis ſiue
poſſeſſionis, aut in martyrio, aut in monaſterio, qui ordinatur,
mereatur publicæ ordinationis vocabulū & aliter ordinatus, vel
abſolute ordinatus, non habeat manuum impoſitionem, *ca. 1. 70.
diſtinct.*

4 ¶Et † vere quidem dici tunc poſſunt clerici ſecundum nomi-
nis ſignificationem, qui ſortis domini & eccleſiaſticorum bono-
rum facti ſunt participes, *can. cleros, 21. diſt.*

5 ¶Sicq; † ex titulatis iſtis & clericis ſolummodo, ſubdiaconi, &
ex illis diaconi: vt & ex diaconis, presbyteri deligendi ſunt. Vt an-
tiquitus etiam, *Niceph. Cal. lib. 11. c. 30.* Non enim Chriſtiani ſuos
deligebant ſacerdotes, niſi ex iam approbatis: vt etiam obſeruauit
Alexander Cæſar, quando de legendis rectoribus prouinciarum
actum eſt, *Lamprid. in Alex.*

6 ¶Turpis † in clero viſa eſt mendicitas, *Deuter. 15. ibi non ſit om-
nino mendicus inter vos,* etiam ſi ſemper dilecta fuit volūtaria pau-
pertas, & diuitiarum contemtus. Quare epiſcopus in hoc clero
proſpicere debet, ne ordinatus mendicitatem cogatur amplecti,
7 *can. Diaconi ſunt, 93. diſt.* ¶Neque † etiam Romulus in ſacerdo-
tium ſuarum curiarum deligi voluit, quam qui haberent cenſum
8 ſufficientem, *Dion. Halyc. in 2. hiſt.* ¶Reiecti † & ab ordinatione
clericali, qui obærati erant, per Bonifacium I. ſum. Pont. *Sabelli-
cus & Sigib.* quod tamen ad ſeruos refert Bonifacius Simoneta,
videlicet, ne illi dominis obnoxii ordinarentur, *Bonifacius Simo-
neta, lib. 4. epiſt. c. 9.* Et ita quoque cautum in concilio Toletano
dominis repugnantibus, *c. 1. & 2. de ſeruis ord. lib. 1. Decretal. tit. 18.
Auth ſi ſeruis, de epiſco. & cler. C.* At permiſit Leo Imperator obæ-
ratos quoque præter cauſſam primipilarem, in numerum cleri-
corum recipi, *l. quiſquis. 27. & l. officiales, 4. de epiſco. & cler. C.* adhi-
bita tamen diſtinctione concilii Carthaginenſis, *de qua in ca. 1. de
oblig. ad ratiocin. ord. vel non, & ibi gl. apud Greg.*

9 ¶Efficit † autem intitulatio ne bona titulo ſuppoſita credito-
ribus expoſita ſint, ſi a non obligato pro obligato in titulum den-
tur. Pro titulo etiam ſunt beneficia, *vt in can. epiſcopi, 80. diſt.*

## De Penſionario. Cap. 27.

1 *Penſionarius eccleſiaſticus quis.*
*Penſio eccleſiaſtica quomodo conſtituatur in eccleſia, eod.*
2 *Penſio ex beneficio in titulum dari non poteſt.*
*Penſionis conſtitutio afficit perſonam, non rem, eod.*
*Penſio beneficii nomine non venit, eod.*

1 INter † perſonas eccleſiaſticas inuenies quoque penſionarium,
qui annonas, ſeu penſionem aut portionem capit ab aliqua
menſa, vt dicunt, capitulari, vel ab aliquo beneficio, ſeu eccleſia:
interdum mercedis nomine, *l. quæſitum, 14. de pignor. lib. 20. P. tit.
1.* aut in remunerationem præſtiti commodi, *c. quicumque, 12. q. 2.
can. poſſeſſiones, 16. q. 1. Oldra. conſ. 226. incipiente, quidam epiſcopus.
Gigas tractat. de penſio quæſt. 3. & 54. & 67.* vel alia de cauſſa iuſta.
Quæ eatenus iuſta videtur, ſi modo clericis, a quibus capitur pen-
ſio, relinquatur quantum exigitur pro obſequio & munere cul-
tus diuini eis impoſito, & adhibeatur ſuperioris in conſtitutione
penſionis auctoritas, *c. auarit. c. 10. de præbend. lib. 3. Decret. tit. 5.* A-
lioquin enim illicita & prohibita eſt, exemplo nouorum cen-
ſuum & onerum, quæ imponi nequeunt, *can. prohibemus, de cen-
ſib. lib. 3. Decretal. tit. 39. Clemen. 1. §. eadem, de ſupplen. negl.* ¶Neque
2 † etiam licebit iure penſionem in titulum beneficii dare, vt fit a-
liquando, *Cardin. in Clemen. 1. de ſupplen. negli. prælat. Abbas Panor.
in c. conquerente, de cler. non reſid. in c. ad audientiam, in 2. de reſcrip.*
ne ſectionem beneficiorum prohibitam admittamus, *cap. maio-
ribus, c. vacante, c. cum cauſſa, de præben. apud Gregorium, c. vt no-
ſtrum, vt eccleſiaſt. benef. ſine di. confer. c. ſin. 1. q. 1.* Et proinde rece-
ptum eſt, penſiones ſuper beneficio conſtitutas, per poſſidentes
beneficia, non adhærere beneficio, nec eos qui in eo ſuccedunt
obligare, ſed conſtituentis perſonam, & non rem, *c. niſi eſſent. vi-
ri prouidi, de præbend. in 6.* Atque in mandatis ſummorum pontifi-
cum, vel aliis reſcriptis de prouidendo, vel ad beneficia, non con-
tinentur, appellatione beneficii, penſiones, *ca. quamuis, de præ-
bend. in 6.*

## De nomenclatura piorum hominum, qui piis locis regendis præficiuntur. Cap. 28.

1 *Pauperum cura hominibus omnibus quare impreſſa fuit.*
2 *Cinclus auicula marina nido aliarum auium ob macritiam ex-
cipitur.*
3 *Orphanotrophus & orphanotrophon quid, & cura orphanorum
quæ.*
4 *Brephotrophos, & brephotrophum quid, & cura infantium.*
5 *Infantes qui dicti.*
*Infantes expoſiti, eod.*
6 *Expenens infantes, parricida, & vt homicida puniendus.*
7 *Ptochotrophos, & ptochotrophion.*
8 *Pauperum cura, potiſſimum puellarum, demandanda eſt probo
homini, ne lupanaria fiant ex ptochotrophiis.*
9 *Pauperum cura vtroq; diuino teſtamento commendata.*
*Pauperes Dei ſunt, eod.*
10 *Pauperum cura ethnicis.*
*Hecates menſa pauperum, eod.*
11 *Pauperes qui in ptochotrophiis adnutriendi.*
12 *Pauperum, & mendicorum differentia.*
13 *Mendicantes validi ab eleemoſynis remouendi, & caſtigandi.*
*Mendicos ſuos quodlibet oppidum nutrire debet, eod.*
14 *Mendicantium cura iure ad epiſcopos pertinet.*
15 *Noſocomion & Noſocomos quid, & quot Noſocomiorum ſpecies.*
*Valetudinarium quid, eod.*
16 *Leproſariæ.*
17 *Leproſaria in titulum beneficii non conferuntur.*
18 *Leproſi de quibus decimas non debent.*
19 *Leproſi ab aliis hominibus ſeparandi.*
20 *Leproſi in proprio natiuitatis loco alendi, & eo relegandi.*
21 *Leproſariarum cura iudicibus demandata quare.*
22 *Leproſi coniurarunt cum Iudæis in Chriſtianos.*
23 *Expoſitorum hoſpitalia.*
24 *Æſculapii templum expoſitorum.*
*Expoſiti liberi ſint lex, eod.*
25 *Hoſpitalia peſtis, inſanorum, morborum inſanabilium.*
26 *Hoſpitale ſenum nutriendorum.*
*Senum noſocomium, eod.*
27 *Senectutis mala.*
28 *Senes apud Sardos & Ceos necati.*
29 *Gerocomion & Geruſia Sardorum.*
30 *Geruſia Spartanorum quid.*
31 *Eleemoſynarii, & eleemoſynariæ.*
32 *Beneficia omnia eleemoſynariæ ſpeciem præ ſe ferunt.*
33 *Xenodochium & hoſpitale proprie.*
*Hoſpitale peregrinorum, eod.*
*Hoſpitale Albrachi, eod.*
34 *Hoſpitale publicum quis inuenit.*
35 *Hoſpitalia publica, & priuata.*
*Hoſpitii ius antiquorum & teſſera, eod.*
36 *Teſſera hoſpitii Chriſtianorum.*
*Pauperes Chriſtianorum & Dei teſſera, eod.*
37 *Pauperum conuiuia ἀγάπαι, eod.*
38 *Inhoſpitalitatis pœna ex lege Leucanorum.*
39 *Hoſpitalia in titulum beneficii conceſſa quando.*
40 *Pius locus auctoritate epiſcopi tantum fit.*
41 *Hoſpitalium cura ad epiſcopum iure, non ad magiſtratus perti-
net, & quando, & pro quibus ad magiſtratus.*
42 *Hoſpitalium cauſſæ & pauperum primo iudicio in ſenatu agi-
tantur.*
43 *Hoſpitalis non beneficii cura, & adminiſtratio a quibus conce-
ditur.*

FVerunt † a piis hominibus, cum ethnicis, tum Chriſtianis, lo- 1
ca quædam exſtructa, reditus & cenſus conſtituti, ad paupe-
rum releuandum miſeriam, veluti omnibus hominibus ſibi ipſis
exſiſtentibus conſanguineis, ab vna ſtirpe natis, *l. 3. de iuſt. & iure,*

*Geneſ.1.& 2.*& veluti membris natura ipſa compatientibus. Sicuti & ferunt natura etiam feras quodamm ›do ſibi ipſis opem fer-
2 re,&,ſi ita loqui fas eſt,commiſereri ferarum aliarum. ¶ † Vt narrat Suidas, *in verb.* κίγλοι. κίγκαλον, ἢ κίγκλον auiculam marinam,quæ caudam agitat,ita infirmam & macram, vt ſibi nidum conſtruere non poſſit,ex aliarum auium veluti miſericordia, in nidis alienis parere: vnde & pauper dictus eſt Cinclus, qui non habet vbi reclinet caput. Proinde cum humanæ naturæ plurima ſit miſera miſeria,plures & appellationes loca pia ſortita ſunt, plures modi diſtribuendarum eleemoſinarum, de quibus Lucas de Penna abũde: *Lucas de Penna,in rubrica,de mendic.valid.li.11.*
3 *C.*diuerſa & nomina eorum, qui curã harum ſuſcipiunt. ¶ † Erat itaq; in primis orphanotrophos, ὀρφανοτρόφος, *l. Orphanotrophos, 30.de epiſ.& cle.li.1.C.tit.6.*is, cui prouincia de mãdata erat alendi orphanos, parentibuſq; orbatos ex certis, reditibus pauperes, eadẽ cura,qua tutores pupillos,ſumtibus illorum nutriunt inde, ὀρφανοτροφεῖον, locus vbi orphani aluntur, quorũ,ex propriis legibus notio habetur. *l.illud,de ſacr.eccl.li.1.C.ti.5.l.ſancimus 18.eo.ti.§.1.& §.hoc vero,de alie.& emphy.in aut.colla.9.ti.3.§.fi.de eccleſi.tit.ea.*
4 *colla.9.ti.6.* ¶ † 2. eſt βρεφοτρόφος brephotr › phos,qui curam habet procurationis,vt infantes nuper nati pauperes, vel expoſiti certis decretis reditibus & pecuniis ei negotio deputatis educentur. *d.l. ſancimus res,*18.*Et l.illud,*16.*& d.§.hæc illud.* Et locus vbi nutrientur ideo dicitur βρεφοτροφεῖον, brephotropheion: a nomine βρέφος infans, qui eſt Euſtathio τὸ ἄρτι γεγονὸς παιδίον τὸ τρεφόμενον ὑπὸ
5 τιθήνης. ¶ † Nominamus & infantes minores ſeptenniõ, *l.ſi infanti. cap.de iur. delib.* eum in locum deferuntur inuenti paruuli veluti pro derelicto habiti & abiecti a matribus & publice expoſiti, nec a parentibus agniti, *can.fin.87.diſtinct.cap.vnic.de infanti.expoſi.lib.5.Decretal.tit.11.* tum quia forſan non habent vnde illos nutriant,vel quod impia & illegitima coniunctione procreatos erubeſcant aſſerere filios. Quo fit, vt de expoſitione infantium varie ſumatur ſupplicium habita ratione cauſſæ expoſitionis.
6 ¶ † Quacunque tamen de cauſſa expoſitio fiat, matres quæ illam iubent parricidæ, & qui adminiſtri eius ſunt, digni homicidæ pœna ſunt. *l.2.de infanti.expoſi.Cod.lib.8.tit.52.l.nec filium, de patria. poteſta.Cod.l.1.§.pœna,de libe.agnoſcen.in P.* Etenim necare videtur qui alimenta denegat, potiſſimum quæ debet mater aut pater,qui quæve abiicit & exponit: vt qui occidit & præfocat. *l.necare,de liber.agn.P.* Ita etiam in ſynodali congreſſione Conſtantinopolitana poſt varias diſceptationes placuit, matres proprios filios in diuinorum templorum aditibus exponentes, vt homicidas puniri, quamuis filii ab aliquibus aliis educentur: *lib.2.iuris Orien.cir.fin.tit.* περὶ τῶν ἐκτιθεμένων τὰ δίκεια βρέφη. ſed de his alibi.
7 ¶ † 3. Eſt ptochotrophos, qui mendicos alit: & locus vbi aluntur publicus, πτωχοτροφεῖον, πτωχοδοχεῖον, & πτωχεῖον. *§.hoc illud, de alien.& emphyte. dictis ll.ſancimus, & l.illud, & in can. 8. concilii*
8 *Chalcedonenſis.* ¶ † Paupertas miſerabiles homines facit, eoſque debiles, *can.pauper,*11.*quæ.3.l.nec quicquam, §.aduocatus,de offi. proconſulis P.* & proinde horum cura digna Chriſtiano, eoq; pio, bonoque & probo homine, potiſſimum ſi puellarum vel iuuenum præficiatur ſolicitudini: periculoſum enim eſt, ne ſi quilibet & male natus huic muneri præficiatur, ex domo Dei lupanar fiat, vt ſæpe alicubi audiui egenos egenaſve conquerentes. Tanto ſceleſtius tamen crimen cum hoc ſit, quanto Dei prætextu pietatis & miſericordiæ videtur adumbratum. Qua in re deſiderio ciuitatum rectores & præfectos, cõcedere operam, & num tale admittatur, clam inquirere, vt vindicta poſtea publica ſumta, deterreã-
9 tur a lenocinio & impoſturis huiuſmodi ſceleſti. ¶ † Pauperũ & mendicorum procuratio Dei cauſſa eſt, vtroq; & veteri & euangelico teſtamento commendata: *Eccleſiaſt.7.& 29.& Pſalmo* 111. *Tobiæ 4.D.Matthæ.19.can.qui clemẽtiam,86.diſt.c.gloria epiſc.12. q.2.* vſque adeo, vt dominus noſter Ieſus Chriſtus eleemoſinas pauperibus elargitus, ſibi factas aſſerat: membrave ſua eos dicat.
10 *D.Matthæ.ca.25.* ¶ † Cui ferme ſimile eſt, quod Menander comicus ait: *in ſententiis comicorum, & Menandri, ca.74.* ἀεὶ νομίζονθ' οἱ πένητες τῶν θεῶν, *ſemper cenſentur pauperes eſſe Dei.* Sic Dauid de Deo, *tibi relictus eſt pauper, orphano tu eris adiutor. Pſal.9.* Et Homerus. *Ilia.3.* πρὸς γὰρ διός εἰσιν ἅπαντες πτωχοί τε ξεῖνοί τε. Explicat erudite Gregorius Nazianzenus propria oratione de pauperibus amandis, rationes, cur pauperibus benefaciendum, & cur
11 Deus hanc gratiſſimam habet operam. ¶ † A qua etiam idololatræ non abhorruerunt, & apud quos, vt narrat Ariſtophanis interpres, *Interpretes in Plutum Ariſtophanis* ἔθος ἦν ἄρτους καὶ ἄλλα τινὰ κατὰ μῆνα τιθέναι τῇ ἑκάτῃ τοὺς πλουσίους, λαμβάνειν δὲ ἐξ αὐτῶν τοὺς πένητας, ἀπὸ τῶν ἱερῶν γὰρ καὶ οἱ πτωχοὶ ζῶσιν, id eſt, *mos erat antiquis Græcis, panes & alia quædam diuites ponere per ſingulos Hecatæ, & hinc accipere pauperes: ex ſacris enim viuebãt & pauperes.* Sic etiam Appianus Alexandrinus, annonam pauperibus eſſe diſpenſandum aſſerere videtur. *Appia.Alexand.li.1.bellorum ciuil.*

¶ † Obſeruandum tamen eſt, ne prætextu eleemoſinæ, ocio- 12
ſorum hominum foueatur inertia. Et diſtinctio adhibeatur pauperum, ne in publica ptochotrophia admittantur, qui ex proprio labore ſi vellent victum parare poſſent, vel aliunde habent, vnde
viuant. ¶ † Et tantummodo alantur debiles, mutili, illique pau- 13
peres omnino inualidi, & ad laborem minime idonei. *l.1.de mendicant.valid.li.11.C.tit.25.l.ſi quis ad declinandam,37.§.vbi autem,de epiſc.& cler.C.in concilio Colonienſi anni 1533.parte 11.ca.3.4.5.* Sunt iſti qui alendi ſunt verius mendici, qui nihil habent, nec habere poſſunt, quam pauperes, qui aliquid quamuis valde tenue habent patrimonium. Sic apud Martialem, *Nõ eſt pauperies, Neſtor, habere nihil.* Ita & Græci diſtinguunt inter πτωχὸν, & πένητα, vt ex verbis Ariſtophanis colligitur. *Ariſtophanes, in Pluto.& Iuſtini.in l.ſi quis ad decimandam, § ſin autem, de epiſ.& cler.* πτωχοῦ, inquit, μὲν γὰρ βίος ὃν σὺ λέγεις, ζῆν ἐστι μηδὲν ἔχοντα, τοῦ δὲ πένητος ζῆν φειδόμενον καὶ τοῖς ἔργοις προσέχοντα περιγίγνεσθαι δ' αὐτῷ μηδὲν, μὴ μέντοι μηδ' ἐπιλείπειν. ¶ † In conſtitutionibus comitiorum habitorũ 14
Auguſtæ Vindelicorũ anno 1548. *in Politia Caroli V.Imper.c.25. Similes leges ex ſenatuſconſultis ſupremarũ curiarum videto ap. Rebuffum Tomo 3.conſtitutionũ regiarũ, & ibi inuenies conſtitutionem curiæ Parienſis des pouures mẽdiantz, & c.publicata,22.april.1532. aliam eiuſdem anni menſis Iunii: aliam 5.Febru.1535.aliam 12.Nouem.1543.& conſtitutio. Henrici II. 9. Iunii 1547.* ſtatutum ab Imperat. Carolo V. vt magiſtratus proſpicerent quilibet in ſua iuriſdictione, ne liceret cuiquam mendicare, neve permitteretur ei, cui nulla deformitas vel defectus corporis adfuerit, quive non indiguerit: vtque mendicorum liberi ad laborem apti, parentibus adimantur & opificiis addicantur, aut miniſteriis aut ſeruitiis aliis, vt quælibet ciuitas oppidumque, ſuos ęgros, egenos & mendicos nutriat & foueat: nec cæteris allophylis ſeu alienigenis paſſim permittatur mendicare. Item vt mendicantes validi, ſeuere, & in exemplum, & ad timorem aliorum puniantur. Quod ſi mẽdici a proprio non poſſint nutriri oppido, ita eiſdem alibi liceat mendicare, ſi a ſuo magiſtratu eius penuriæ teſtimonium referant. Subinde, vt magiſtratus hoſpitalium ſuorum locorum curã gerant, inſpiciant, viſitent ſemel ſaltem ea in anno, & prouideant, ne fructus & reditus eorum, in alia, quam ad quæ deſtinantur negotia, diſpenſentur & conſeruentur. Meminit legis Francorum Rhenanus. *Beatus Rhenanus, li.2.rer.Germani. Mendici per regiones vagari ne permittuntur. Suos pauperes quælibet ciuitas alito: illis, niſi manibus operẽtur, nullus quicquam dato.* Eandem præcinit & legem Plato, *libr.12.de legib. de iis etiam nos tractamus in communibus extraordinariis, dum agimus de otio. nullus in ciuitate noſtra,* inquit, *ſit mendicus: quicunque id tentauerit, victumque inexplebilibus quærens precibus, explere cœperit, a rerum venalium curatoribus a foro expellatur: ab ædili magiſtratu ab vrbe eiiciatur, deinde, ex tota regione ab agri magiſtratu exterminetur, vt ab huiuſmodi animali omnino vniuerſa regio munda ſit.* Aliam prope ſimilẽ cõperi Caroli Magni, titulo de mẽdicis, qui per patrias diſcurrũt: *Carolus Magnus in cõſtitutionibus capitularibus, capitulari quæ ad Niumacza.c.9.Cõmen.per Amerbachiũ. volumus,* inquit, *vt vnuſquiſq; fideliũ noſtrorum, ſuum pauperẽ de beneficio aut de propria familia nutriat, & non permittat alicubi ire mendicãdo: & vbi tales inuenti fuerint, niſi manibus laborent, nullus eis quicquã tribuere præſumat.* Illi itaq; cibos pauperib. deſtinatos capere debent, qui amplius operari nequeunt manibus, *can.quomodo,31.diſt.c.1.82.diſt.* non qui poſſunt, & nolunt: vt, *qui non vult operari, non mãducet.2. ad Theſſ.c.3.* Apud Athenienſes ἀδύνατοι, id eſt, inualidi corpore, & mutilati, ſi a ſenatu quingentorũ tales approbati eſſent, quotidie, vt quidam aiũt, binos, vt alii ſingulos obolos ex ærario capiebant, & Philocoro autore nouẽnas drachmas in menſem, vt legimus apud Suidam. *in verb.* ἀδύνατοι. Exſtant leges præſcriptæ in Gallia circa alendos pauperes & peregrinos tũ generales in cõſtitutionibus regiis, & placitis curiarũ ſupremarũ: *quas ſupra paulo ante indicauimus.* tum ſpeciales, quales in politia Lugdonenſi, *vide Paradinum, libr.3.hiſtoriæ Lugdonenſis, capit.18.* ſingulares & alibi ex fundatione locorum piorum erui poſſunt. fecit & pias de his leges ſenatus Hyprenſis in Flandria. ¶ † Ius pontifici- 15
um, opus hoc alendi & veſtiendi pauperes, qui ſibi ſua induſtria ſuoque labore ſubuenire nequeunt, epiſcopis demandauit

vt illis ſubueniant, non autem mēdicantibus validis, *c. non omnis,*
*5. q. 5. gl. in c. 1. in verb. non poſſunt, iuncto tex. 82. diſt.*
15 ¶ Quarto eſt, † νοσοκόμος nofocomos, qui ægrotos curat, vel qui
ægrotis curandis & morboſis præfectus eſt, miniſter ęgrotātium:
inde νοσοκομεῖον, locus in quo ægroti curantur, *d. can. 1. 82. diſtinct.*
*& in can, quomodo, 31. diſt.* valetudinarium Columellæ, *Col. 1. de re*
*ruſt.* Quod in familia in loco ſalubri conſtrui iubet, ſicuti Vitru-
uius, 4. *architect. c. 4.* Galenus *de tuend. bona valetud. & in 1. lib. epi-*
*dimion Hippocrat. & lib. 9. & 10. Methodi Aphoriſmorum Hippocr.*
*3. & 1 prædictio.* Hippocrates *lib. 1. de aere & aquis, & de natura hu-*
*man.* eius locum iubent eligi ſalubrem, excelſum, nō nebuloſum,
non pruinoſum, non reſpicientem cœli regiones æſtuoſas aut fri-
gidas, ſed temperatas, non paluſtrem, non maritimum. Noſoco-
miorum tot genera eſſe poſſunt, quot morborum, ſi loca diſtin-
cta ſint ſecundum morbos. Verum aſſolent noſocomia commu-
nia eſſe omnium morborum, exceptis illis, qui contagione poſ-
ſent inficere, vel qui propter multitudinem exigant ſeparatam
curam.
16 ¶ Quamobrem † inter noſocomia ſeparata ſunt leproſariæ, ea
ratione conſtitutæ per ſingulas vrbes & oppida fere, & reditibus
ornatæ, vt ſeorſum a conſortio hominum leproſi habitantes, qui
arcentur a communi aliorum cœtu, habeant quo nutriri poſſint,
17 *Clemen. quia contingit, de relig. dom.* ¶ Quo † fit, vt leproſariæ quæ
in gratiam pauperum nutriendorum reditibus dotatæ ſunt, in ti-
tulum beneficii conferri poſſint, non per ſe tanquam vere bene-
18 ficia. *c. per literas, c. 2. de præbend. apud Clementem.* ¶ Poſſunt † ta-
men leproſi communi vita degentes congregati, habere eccle-
ſiam cum cœmiterio, & proprium presbyterum, ſine præiudicio
eccleſiæ parochialis in cuius territorio ſunt, quibus decimas & i-
pſi debent ex omnibus, quæ percipiunt, præterquam ex ſatis in
hortis ſuis, & de animalibus, *c. 2. de eccleſ. ædific. lib. 3. Decretal. tit.*
19 48. ¶ Separari huiuſmodi homines, quamuis inopes non ſint, &
ius diuinum, *Leuit. 13. vbi vide quomodo iudicium fiat lepræ & le-*
*proſi.* & canonicum, *ca. 1. de coniug. lepros.* & conſuetudo, & neceſſi-
tas iubet: cautumque vt leproſus ſit aperto capite, ore veſte con-
tecto, vt eo ſe contaminatum ſigno prædicet & oſtendat, *Leuit. c.*
13. Neve in congreſſu aliorū improuide admittatur: item ne ec-
cleſiam ingrediatur, *c. 3. de cler. ægrotant.* Quemadmodum Ozias
lepra percuſſus a Deo, quod in incenſo offerendo ſacerdotum
officium vſurpaſſet, domi ſecretus ab omnibus ſe continuit, 2.
*Paralip. cap. 26.* Qui enim iſtius morbi vim norunt, eum per re-
ſpirationem, aerem, & tactu & conuictu inficere ſibi proximos
rati ſunt, *Auicenna 3. parte quarti tract. 3. c. 1. Philoninus, lib. 7. ca.*
21. Galenus, vel alius eius nomine in Iſagogicis, *lib. de diffinition.*
*medicis,* lepram definit cutis mutationem in habitum, qui præter
naturam fit, cum aſperitate & pruritibus, doloribuſque, nonnun-
quam & ſquamis decidentibus, quæ plures corporis partes depa-
20 ſcuntur. ¶ Leproſi † in leproſariis locorum, in quibus nati ſunt,
debent concludi, & nutriri, & alienigenæ ad leproſarias ſuæ pa-
triæ relegandi, vt alias placito ſenatus Pariſienſis decretum eſt,
21 *Arreſt ſur le faict des mendians.* ¶ Iubet † conſtitutio regia Franci-
ſci primi, *Sur la reformation des maladeries,* ex iure depromta, *Cle-*
*ment. quia contingit, de religioſ. domib.* inſpici & luſtrari leproſarias
per iudices ordinarios locorum, in quibus ſitæ ſunt, inquiſitionis
cauſſa, qui & quales earum ſint reditus, qui eos adminiſtrent, & vt
illis diſpenſandis ciues vel incolas probos & ſpectatæ fidei, & qui
ſoluendo ſint, præponant, caueantque, ne quid leproſi indignum
22 & alienum a pietate patiantur: ¶ Neve † ipſi contra ſalutem pu-
blicam amoliantur, quemadmodum tempore Philippi Longi re-
gis Galliarum, detectum eſt in prouincia Narbonenſi, & alibi in
Gallia, eos Iudæorum hortatu quod ab illis venenum acceperāt,
aquis fontium & puteorum inieciſſe, coniuraſſeque in necem
Chriſtianorum: attamen ſeuere vindicatum, *Gaguinus lib. 7. in*
*Philippo Longo.* Quod & in Germania accidiſſe anno 1321. teſtatur
Munſterus.
23 ¶ Præter † leproſarias ſunt in ciuitatibus noſocomia aliorum
morborum, in quibus recipiuntur ęgroti inopes: ſæpe etiam plu-
res & filios & ſeruos proximos, obliti pietatis & miſericordiæ,
exponunt, ob famem morti ni ſubueniatur, *c. 1. de infant. & langu.*
*expoſit. lib. 5. Decret. tit. 11.* Qui ideo ad xenonem, vt ſcribit Iuſtinia-
nus, mittuntur, *l. vni. §. ſed ſcimus, de latina libert. tol. C.* publica mi-
ſericordia & eleemoſynis iuuandi.
24 ¶ Claudius † tamen Cæſar, cum quidam ægra & affecta man-
cipia in inſula Æſculapii tædio medendi exponerent, omnes qui
exponerentur liberos eſſe ſancit, nec redire in ditionem domini
ſi conualuiſſent: quod ſi quis necare mallet quem, quam expone-
re, cædis crimine teneri auctore Suetonio *in Claudio. cap. 25.* Ex
quo & colligere per illa verba poſſumus, etiam inter Romanos
adhuc paganos in inſula Tyberina templum fuiſſe Æſculapii, in
quod delati expoſiti morbidi curarentur. Vt & apud Ariſtopha-
nem mentio habetur de ægrotis exſiſtentibus in æde Æſculapii,
vt ſalutem conſequerentur, *Ariſtoph. in Pluto.*
¶ Sunt † alicubi noſocomia epidimeticorum & peſtis propriis 25
de reditibus ſumtus in eius morbi curationem ſubminiſtrantia.
Item alia inſanorum & ſtultorum, vt in Hiſpania. Byzantii ante
templum martyris S. Pantaleonis erat locus, qui ἀργυρεῖον dice-
batur, mendicorum habitaculum, quos morbus immedicabilis
corrupiſſet, quem renouauit Iuſtinianus, auctore Procopio *lib. 1.*
*de ædific. Iuſtinia.* Stultorum certe & inſanorum, ſi a proximis de-
tineri non poſſint, publica debet eſſe cuſtodia, & interdum car-
cer, *l. congruit, & l. diuus, de off. præf. P.* Vnde refert Sextus Pom-
peius in libris de verborum ſignificatione, ex ſantra Daliuum in-
ſanum & ſtultum dictum Oſcorum lingua, quem Græci δείλαιον,
dicunt, propter cuius fatuitatem quis miſereri debeat.
¶ Fuerunt † alicubi loca alendis pauperibus ſenibus tantum 26
deſtinata: locus itaque is dictus γεροντοκομεῖον, *d. l. ſancimus, 2. & l.*
*illud, de ſacroſanct. eccleſ.* Et hunc etiam inter noſocomia annu-
mero, quandoquidem ſenex debilis & infirmus dicitur ætate,
ſuis negotiis prorſus corpore & ſæpe delirante animo inutilis,
*can. deſolatis, 87. diſtinct. 1. l. ciuitatibus, de legatis* 1. ¶ Et † ſenectus 27
ipſa per ſe morbus eſt, vt ait Teren. *in Phorm.*

*Et ipſa ſenectus,* ſecundum Auſon. in Eclog.
*Exſpectata diu, votiſq; optata malignis,*
*Obiicit innumeris corpus miſerabile morbis.*

Multaque ſenem circumueniunt incommoda, *Horatius de arte*
*Poetica,* quorum aliqua notat Archidiaconus *in canon. tanta, 86.*
*diſtinct. ca. magna, cap. 7. de voto, lib. 3. Decretal. tit.* 44. vnde labo-
ribus idonea non eſt, *§. ſi vero aliqui, de quæſtore, in Authent. collat.*
*6.* Ideo nec ſenectuti imputatur inertia, *l. 2. de term. moto, in P. l. 2.*
*qui ætate ſe excuſant, lib. 10. C. l. ſemper, de munerib. & honorib. in P.*
nec alia plurima, in quibus excuſantur ſenes, & defertur ſenectu-
ti. ¶ Æſchines *orat. contra Timarchum,* † miſeros dixit, quibus ad 28
eſſet paupertas & ſenectus, quod maxima mala inter homines
exſiſtant, ideo & miſericordia digni, ne incidamus in impietatem
& inhumanitatem Sardoum & Ceorum, qui lege ſanxerant fu-
ſtibus cædendos & occidendos ſenes a filiis: abſurdum arbitrati,
ſi delirus ſenex vlterius vitam ageret, Ælianus *lib. 4. variæ hiſtor. c.*
*1. & tit. 3. cap. 36.* ¶ Refert † Vitruuius, *lib. 2. cap. 8.* Crœſi domum 29
lateritiam a Sardianis ciuibus ad requieſcendum ætatis otio, ſe-
niorum collegio geruſiam dedicatam, Gerocomeion hunc locum
vocatum inuenio etiam in conſtitutionibus iuris Orientalis. In
conſtitutione Nicephori, *lib. 1. iuris Orientalis, tit.* περὶ στρατείας τῶν
ἀπόρων, *id eſt, de militia inopum,* ibi, πέμπτη συμφορά, τοὺς τῶν εὐαγῶν
οἴκων παροίκους, ἤτε ὀρφανοτροφείων, ξενώνων, γηροκομείων, ἐκκλησιῶν, μο-
ναστηρίων, βασιλικῶν τὰ καπνικὰ ἀπαιτεῖσθαι, id eſt, *quinta calamitas.*
*Quod ab omnibus ſacris ædibus, parœciis, orphanotrophiis, xenoni-*
*bus, gerocomiis, eccleſiis, monaſteriis regiis fumaria tributa exegit.*
¶ Hæc † tamen geruſia γερουσία, alia eſt γερουσία Lacedæmonum, 30
apud quos eo ſummo ordine, virtutis præmio adlegebantur, in
geruſiæ ſenatum in adminiſtranda republica perpetuo ſenes pe-
ritia & probitate præſtantiores, *Cicer. in Catone. Demoſthen.* πρὸς
λεπτίνην, *& de Spartanorum repub. Ariſtot. 2. polit.*
¶ Accedunt † iſtis eleemoſynarii, quorum prouentus eleemo- 31
ſynariæ dicuntur, eo quod relicti & deputati ſint eleemoſynis fa-
ciendis, *Clemen. 2. de præbend. in Clem. & Clemen. quia contingit, de*
*religioſ. domib.* ¶ Sacerdotia † quidem omnia quodammodo ſpe- 32
ciem eleemoſynariæ habent, verum non tam pauperum, quan-
tum clericorum cultui diuino inſeruientium gratia conſtituta
ſunt, *can. nemo, de conſecrat. diſtinct.* 1. vna ex quatuor redituum
portionibus pauperibus deſtinata, *can. quatuor, can. de reditibus,*
*can. quatuor, 12. quæſt. 2. cum ſimilibus.* At nihilominus gloria epi-
ſcopi & ſacerdotum eſt, pauperibus ſubuenire de omnibus, *can.*
*gloria, can. ſancimus, 12. quæſt. 2.* Et vt ait Conſtantinus, *in l. 2. de e-*
*piſc. & cler. C.* ſi quid vel parſimonia, vel prouiſione, vel mercatu-
ra, honeſtati tamen conſcia coniecerint, id in vſum pauperum at-
que egentium miniſtrari oportet: aut id quod ex illorum ergaſte-
riis aut tabernis cōquiri potuerit & colligi, collectum id religio-
nis exiſtimet lucrum.
¶ Proximus † pietatis locus eſt ſuperioribus & officii in pau- 33
peres ξενοδοχεῖον, xenodochium, hoſpitale cuiuſmodi debent eſſe
omnes

omnes Chriſtianorum domus, & potiſſimum eccleſiaſticarum
perſonarum, *can. 1. 42. diſt.* omnes namque peregrinos & paupe-
res ſuſcipere ex Dei mandato tenemur. ξενοδοχεῖον enim, auctore
Suida, eſt, τὸ τοὺς ξένους ὑποδεχόμενον, quod ſuſcipit hoſpites. Sunt loca
etiam eius rei cauſſa publice, fundata hoſpitalia reditibus in pe-
regrinos & in iter agẽtes pauperes diſtribuendis, tale opiparum,
& reditibus abundans hoſpitale in Aluernia, in montibus Albra-
ci: per ciuitates quoque propria peregrinorum hoſpitalia dicta vt
plerunque D. Iacobi, quod proficiſcentibus ad votum Compo-
34 ſtellanum D. Iacobi inſeruiant. ¶ † Tradunt Leo, & Anthemius
Cæſares, Zoticum quendam primum huiuſmodi nutriendi pu-
blice peregrinos modum conſtituiſſe, & locum exædificaſſe, ad
cuius hoſpitii pii, vel hoſpitalis ſimilitudinem cetera hoſpitalia
redacta tunc fuerunt. *in l. omnia, 33. de epiſ. & cler. C.* Hoſpitalium
35 quædam ſunt priuata, quædam publica. ¶ † Eratque etiam ius
hoſpitii inter gentiles, publicum & priuatum gratis exhibitum,
amicitiæ ineundæ & conſeruandæ cauſſa. Nam & hoſpitium pu-
blicum gratuito a ciuitate vel republica præbebatur interdum
extraneis, & aliarum ciuitatum vel oppidorum incolis, vt de re-
publica benemeritis, eratque pro ſanctioris amicitiæ pignore ius
hoſpitii & teſſera hoſpitalis, vt notat Budæus, *in annota. poſteriori.
ad l. poſtlimi, de captiuis, P.* ex Liuio, *in 5. & 7. de bello Macedo.* &
Cicerone. *actio. vltima in Verrem.* Meminit & de eo iure Pom-
ponius Iuriſconſultus. *in d. l. poſtlim. de captiuis, in P.* Scribit &
Herodotus Mileſiorum & Sybaritarum ciuitates maxime ho-
ſpitio fuiſſe coniunctas. *Herodotus, in 6.* legimus inſigne hoſpitii
fuiſſe dexteras, ſicque ſcribit Corn. Tacit. *lib. 17. annal. quem alii
primum conſtituunt hiſtoriæ. Miſerat ciuitas Lingonum vetere in-
ſtituto, dona legionibus* (ſcilicet Galliæ) *dexteras hoſpitii inſigne,*
cum enim fidem exigimus dexteram iungimus, fides autem ab
hoſpite prius requiritur quam cum eo viuamus. Et ideo ante de-
xteræ iungebantur, & teſſera hoſpitalitatis dexterarum coniun-
ctio: innuit & illud Virgilius, *3. Æneid.*

*Iungimus hoſpitio dextras, ac tecta ſubimus.*

Cicero etiam pro domo ſua ait: *Quintus Martius ſignum concor-
diæ fecerat, idque in publico collocarat, dextera hoſpitii inſigne.*
Quare & inter militaria ſigna cohortum, fuit & manus haſtæ im-
poſita. Fuerunt & inter priuatos & familias, iura hoſpitii mutua,
atque in ſignum amicitiæ antiquæ eius rei conſeruabant teſſeras,
ſigna videlicet, quibus etiam poſt multum temporis ſe interno-
ſcebant, & beneficiis, *vide Gelli. lib. 5. cap. 13.* poſtea filios afficie-
36 bant. ¶ † Inter Chriſtianos teſſera hoſpitii, & qua nos veros pro-
fitemur Dei ſeruos, & ipſe noſtrum ſe exhibet amicum, ſunt ipſi
pauperes, cum quibus Deum ipſum, & Dominum Ieſum Chri-
ſtum hoſpitem ſuſcipimus, & qua ab eo agnita teſſera ſperamus,
eum ipſum nos in ſuam æternam manſionem recepturum. *Mat-
thæi, c. 25. can 1. & 2. 42. diſt.* Et hoc modo hoſpitalitatem com-
mendarunt poſt Dominum Apoſtoli, vt monet Diuus Petrus,
*hoſpitales ſimus inuicem, ſine murmuratione. 1. D. Pet. 4.* Item Di-
uus Paulus & verbis, & exemplis impellit: *D. Paul. ad Hebræos, c.
13. can. offerebat, 32. q. 7. Hoſpitalitatis,* inquit, *nolite obliuiſci: per
hanc enim placuerunt Deo, angelis hoſpitio ſuſceptis.* Et D. Ioan. quẽ-
dam, *epiſt. 3. c. 1. c. ſi quis deſpicit, 42. diſt.* nomine Diotropem dete-
ſtatur, quod non ſuſciperet fratres peregrinos, & eos qui ſuſcipe-
rent prohiberet.

37 ¶ † Fiebant & olim frequentia conuiuia pauperibus, quæ ἀγά-
παι, dicebantur, *d. cap. ſi quis deſpicit ex concilio Gangrenſi.* quod
Deus iuſſiſſet vocari ad conuiuia pauperes. *D. Luc 24.* Erant &
agapæ, conuiuia quæ inter Chriſtianos fiebant olim mutuæ ca-
ritatis fouendæ cauſſa, & ſæpe cum dominica cœna coniuncta.
*vide Tertull. aduerſ gẽtes.* Quæ poſtea ne fierẽt in dominicis locis
ſeu veſtibulis eccleſiarũ, atq; in ilis accubitus ſternere vel edere
prohibitũ eſt concilio Cõſtantinopolitano, *6. can. 75. vide & D.
38 Chryſ. in Panegyrica orat. ſuper c. 5. Eſa.* ¶ † Lex erat Leucanorum
Chriſtianiſmo proxima, *ſi ſub occaſum ſolis veniret peregrinus, vo-
lueritque ſub tectum alicuius diuertere, & is hominem non ſuſcepe-
rit, multetur, & pœnas luat in hoſpitalitatis. Ælian. libr. 4. de varia
39 hiſtoria, cap. 1.* ¶ † Hoſpitalium rurſum publicorum, quædam in
titulum beneficii conceduntur hoſpitalariis, quædam tantum
adminiſtrationis ratione. *Feli. in cap. de quarta, num. 13. de præſcrip.
probat. & cle. quia contingit, de relig. dom. Gomes, ad regulam Can-
cell. de trienna poſſ. q.* 1. Beneficium dicitur ex inſtitutionis vel fun-
dationis, vt plerunque conſtitutione, eccleſia ædificata inibi,
quando eſt videlicet in ea pinnaculum ſeu campanile cum cam-
pana publice pulſata ad conuocandos homines diuini officii
cauſſa, *Panor. in ca. patentibus, de priuil.* aut ſi in hoſpitali ſit altare
fixum & conſecratum. *Felin. in d. c. de quarta, vt & in ca. tuarum,
de priuil.* Videtur namque pars aliqua hoſpitalis reddituũ aſſigna-
ta præpoſito officii diuini ratione, & in gratiam onerum & labo-
rum ſubeundorum. Quo fit, vt tunc beneficii appellatione veni-
at & comprehendatur hoſpitale. *gloſſ. in cap. 2. de decimis, ap. Cle-
mentem.* Alioquin his non concurrentibus, hoſpitale potius pius
locus, quam beneficium dicetur. *gloſſ. in ca. diſpendioſam, in verbo
beneficiis, de iudi. in Clementinis.* ¶ † Si modo conſtructus ſit au- 40
ctoritate epiſcopi loci, *can. ad hæc de relig. domi. lib. 3. Decreta. titu.
36. cap. quidam. 18. q. 2.* ſine cuius licentia nemo piurn locum ex-
citare, vel oratorium ædificare poteſt, *videnda hæc de re gloſſa an-
tiqua in titu. de tabula. pendente in choro, in pragma. ſanc. probat. &
cap. nemo. de conſecra. diſt. 1.* in quo publice perficiatur diuinum
officium & ſacra liturgia: priuatum enim cuique habere licet.
*can. vnicuique, de conſecra. diſt. 1.* Eſt & aliquando hoſpitale an-
nexum eccleſiæ: vel contra, eccleſia hoſpitali: & tunc proculdu-
bio beneficii gaudet priuilegio, *Felin. in ca. de quarta numer. 4. de
præſcrip.* & onere. Porro quæ hoſpitalium publicorum priuilegia
ſint, & quando illa ſimilia ſunt eccleſiaſticis, explicat Felin. *in dic.
cap. de quarta, nume. 3. & ſeq.* Exigit tamen Ioan. de Selua, *tract. de
benefi. part. 3. q. 57.* antequam beneficium dici poſſit hoſpitale,
quamuis ſit religioſorum, vt ſit ſpiritualiſatum, & conferatur ad
præſentationem laici.

¶ † Cura hoſpitalium, vt ſecundum conſtitutam illis legem 41
regantur, iure ad epiſcopi ſolicitudinem, non magiſtratuum lai-
corum pertinet. *Pet. de Anc. conſi. 343. inci. oportet primo inquirere,
circa finem cap. de Xenodochiis, de relig. dom.* Si tamen epiſcopi vel
eorum vicarii negligentius in ea cura ſe gerant, quam par ſit, re-
ceptum eſt & de his magiſtratus ordinarios cognoſcere, *clemen.
quia contingit, de relig. dom.* atque conſtitutione regia Franciſci
primi, mandata eſt iuriſdictio iudicibus regiis ordinariis locorum
vel proximioribus hoſpitalium, vt inquirant & ſtatuant de admi-
niſtratione eorum. *Pordonan. du Roy Francois, ſur la reformation
des hoſpitaulx.*

¶ † Quin & hodie curiæ ſupremæ ſenatus Galliæ primo iudi- 42
cio vt ordinarii de cauſſis hoſpitalium & pauperum cognoſcunt:
&, vt pragmatici dicunt, *en premiere inſtance,* ob perſonarum pri-
uilegium: exemplo principis, cuius auctoritatem ſuperiorem ſe-
natus refert vt pars corporis eius, *l. quiſquis, 5. ad legem Iulia. Ma-
ieſtat. C. l. humanum eſſe, de legib. C.* qui & ex libello, ſummarie &
de plano de pauperibus & aliis miſerabilibus perſonis cognoſcit.
*l. 1. quando Imper. inter pupil. & viduas, lib. 3. C. tit. 14.*

¶ † Si adminiſtratio hoſpitalis non ſit beneficium, ex laicorum 43
vt plerumque decreto, ex lege, fundatione & auctoritate magi-
ſtratuum cum conſilio epiſcopi, illa cõceditur: ſi autem ſit bene-
ficium patronatum, ad præſentationem patronorum, fit per epi-
ſcopum præfecti inſtitutio. Exſtat & cõſtitutio Caroli Magni de
regalibus in hæc verba: *De monaſteriis & Xenodochiis, quæ per di-
uerſos comites eſſe videntur, vt regalia ſint, & quicunque ea habere
voluerint, ea per beneficium regis habeant. in capitularibus Caroli
Mag. capitulari. præcepit rex de quibuſdam cauſſis, ca.* 6. In concilio
Tridentino, De hoſpitalibus lex hæc poſita: *Omnes eccleſiaſtici
ordinis hoſpitalitatis officium pro beneficiorum prouentu, & funda-
tionis præcepto adminiſtrent. Adminiſtratio autem hoſpitalium vni
& eidem perſonæ vltra triennium deinceps non committatur, niſi ali-
ter in fundatione cautum reperiatur. In concilio Trident. in 8. ſeſſio.
& in Decreti, reformatio. generalis can.* 8.

## De Capellanis, Capellis, & Oratoriis. Cap. 29.

1 *Capella, capellania, & capellanus vnde dicuntur.*
2 *Capellæ & capellaniæ differentia.*
3 *Eccleſia adiutrix quando parochiæ addatur.*
4 *Sacellum vnde dictum.*
5 *Capellæ ſeculariſata & prophanæ.*
6 *Capellania duplex, & cum plebe, & ſine plebe.*
7 *Ædes ſacræ tantum auctoritate Dei conſecrantur, & eriguntur quare.*
*Sacrum locum priuatus quare non faciat ſua auctoritate, eod.*
*Dedicare quid, & a quibus ædes ſacræ & votorum fiebant.*
9 *Pontificatum gerebant Imperatores Romani paganorum quare.*
10 *Pontifices ſoli nunc templa dedicant.*
11 *Capellania ſecularis quæ.*

12 *Capellani dicti ſacerdotes.*
13 *Capellanorum Papæ qualitas, & varii ordines.*
14 *Auditores ſacri palatii qui ſumm. pontif.*
15 *Auditores Rotæ qui, & quot.*
16 *Capellani titulo tenus.*

1 CApellanus † a capellania, & capella cui præficitur, nomina-
tur, *c. 1. de capellis monach. li. 3. Decret. tit. 37.* item ab officio ſi-
ue beneficio, & capellania. Capella aliquibus, *Archidiaco. in can.*
*concedimus, de conſecrat. diſt. 1. Rebuff. in tracta. de paci. poſſeſſ. num.*
89. dicta quaſi capiens λαὸς, ſeu populos: vel capiens laudem : vel
ſecundum Præpoſitum, *Præpoſitus, in can. presbyter, 23. diſt.* a cap-
pa diui Martini: aut a caprinis pellibus, quibus olim altaria tege-
bantur, ſecundum Archidiaconum. *Archidia. in can. plures, 16. q.*
*1. gloſſ. in dict. can. concedimus.* Arbitrarer & a ſimplici tecto, quo
oratorium campeſtre operitur, lateribus vndequaque patenti-
bus, & patulis. Tectum enim Gallis ſimpliciter dicitur *chapelle*, a
capite: vnde & formata alia nomina, *chapeau, chape, &c.* Aut ca-
pella locus, qui minoris ſpatii ſit, quam eccleſia: quod tot homi-
nes non capiat, vt eccleſia. Ita altare capella eſt, *ca. quæſitum. & ca.*
*pen. 1. q. 3. Ioan. Andre. in ca. 1. de ſucceſſ. ab inteſta.* & præbenda cum
onere quotidie celebrandi ſacram liturgiam, *ca. ſignificatum, cap.*
*17. de præb.* oratorium, *c. auctoritate, de priuil. in Sex.* quod in eo lo-
co orationes, non aliæ res profanæ peragi debeant. *can. pen. & fin.*
2 *42. diſt.* ¶ † Capella a capellania, ſecundum Rebuffum, *Rebuff.*
*in §. vitæ ac morum honeſtas, titu. de forma manda. apoſtolic. in con-*
*cord.* differt: quod capella dici poſſit quælibet eccleſia parochialis
per ſe conſiſtens, vt explicat etiam Clemens quintus ex concilio
Vienneuſi, *clementi. 1. de exceſſi. prælator.* ſi modo collegiata non
fuerit, ex ſententia Panormitani. *Panormita. in c. nobis, per illum*
*tex. de iure patrona.* At Capellania dici ſoleat illa, quæ non eſt per
ſe, ſed eſt intra aliam eccleſiam fundata & conſtructa. Sic putat
Rebuffus capellam proprios habere fines & ſecretos ab alia ec-
cleſia: capellaniam autem eſſe eccleſiam intra fines alterius ædifi-
catam, veluti auxiliarem, appendicem, ſacellum, ædiculam, ora-
3 torium. ¶ Quemadmodum † aliquando latius quam par ſit pa-
tentibus finibus eccleſiæ parochialis, minor intra fines exſtruitur
eccleſia; forſan vel quod hyeme intercipitur parochis iter, ne poſ-
ſint ad matricem eccleſiam venire, vel niuibus, vel aquarum co-
pia. Quare a ſacerdote matricis eccleſiæ, in adiutrice illa addita
præficitur diuini officii cauſſa quidam presbyter cum clerico, *ca.*
*ad audientiam, de eccleſ. ædifican.* qui ſacerdoti parocho ſit ſubdi-
4 tus. *glo. 3. in c. eam te, de æta. & qualita.* ¶ † Capella, ſacellum dici
quoque Latine loquentibus poteſt: quod ſacellum ſit paruus lo-
cus cum ara conſecratus, compoſito nomine, auctore Trebatio,
& ſacro & cella, quaſi ſacra cella, quanquam Gellius a ſacro ſacel-
lum diminutum dicat. *Gellius. li. 6. cap. 12.*
¶ † Capellæ quædam dicuntur ſpiritualiſatæ, ſeu eccleſiaſticæ:
5 quædam profanæ, ſeu ſeculares. Spiritualiſatam ſeu eccleſiaſticam
eam dicimus, quæ auctoritate epiſcopi eſt ordinata & fundata,
quo caſu habet formam beneficii eccleſiaſtici, *can. quæſitum, 1. q.*
*3.* & proinde non poſſit donari vel concedi, a patronis ſeu funda-
toribus, inconſulto epiſcopo, videlicet ſine inſtitutione epiſcopi
diœceſani. *c. cum laicus, & c. nobis, de iure patronat. ca. ex frequenti-*
6 *bus, de Inſtitution.* ¶ † Capellania hæc duplex, & cum plebe ſubdi-
ta, *in c. 1. de capel. monacho.* & ſine populo, cum onere tamen offi-
cii diuini ſibi adiuncti exſiſtens, atque in poſtrema hac ſpecie, ſi
non habeat in fundatione dictam legem aſſiduitatis, quam vo-
cant reſidentiam, poteſt præfectus per alium munus impoſitum
implere. *Nicol. Boer. conſi. 31. num. 4. & 6.* Iure ethnicorum erant
huiuſmodi quoque gentilitia ſacerdotia, quæ patronata nobis,
per familias aliquas prouentibus & reditibus donata, & exorna-
ta. *Meminit Cicero, pro domo, & de aruſ. reſponſ.*
7 ¶ † Ab epiſcopo inter Chriſtianos tantum, ſacræ ædes & ædi-
culæ dedicantur & conſecrantur, non auctoritate propria cuiuſ-
que, *cano. nemo, de conſecrat. diſt. 1.* ne prætextu religionis ſuperſti-
tio vel error irrepat in mentes hominum, vno quoque fanum &
locum & modum colendi ſibi arrogante. Quemadmodum de
Micha legimus, *Iudic. c. 17.* neve ſacra inhoneſte & illegitime &
cum abuſu a ſingulis tractentur, aut ſine reuerentia. Quod ne fiat
8 dedicatio cauet publica. ¶ † Nihil enim aliud eſt dedicare, quam
vtendi initium legitimum facere, ſecundum D. Chryſoſto-
mum, *in epiſt. ad Hebræos.* adhibitis publicis orationibus &
ſupplicationibus. Exemplumque eius rei in lege diuina proſtat
in ſanctificatione arcæ & tabernaculi Dei, *Exod. cap. 40.* & tem-
pli. *3. Reg. 8. & 1. Eſdræ, 6. & 1. Macha. 4.* Iuſſerat enim Deus, ne ſa-
crificaretur in omni loco, ſed in loco quem dominus elegiſſet in
vna tribuum. *Deut. 12.* Lex erat etiam idololatrarum & 12. tab.
*nemo Deos ſeparatim habeat nouos, aut alienigenas, quod id confuſio-*
*nem pareret. Cicero 2. de legi.* Liuius ideo narrat, *libr. 39.* ſæ-
pe ætate auorum negotium magiſtratibus datum, vt ſacra ex-
terna fieri vetarent. Et Ioſephus ſcribit, *contra Apion.* Perſas
olim religioni peregrinæ irrogaſſe capitis pœnas. Apud Roma-
nos etiam in politia religionis ſeu idololatriæ, ante conſtitutum
imperium, non niſi per duumuiros vel ædiles ſacros licebat dedi-
care. Ita apud Liuium legimus, *libr. 6. deca. 1.* ædem Martis
Gallico bello votam, dedicatam fuiſſe a Ti. Quinto duumuiro ſa-
cris faciundis. Et rurſum, *Liuius, lib. 3. deca. 3.* duumuiros creatos,
M. & C. Attilios, qui ædem Concordiæ, quam Lælius Manlius
prætor vouerat, dedicarent. Iterum, Fabium duumuirum eſſe
iuſſum a ſenatu, vt dedicaret ædem Veneris Ericiniæ, quam Q.
Fab. Dictator vouiſſet. Munus & id fuit ſummorum illorum pō-
tificum, item conſulum, & ſubinde imperatorum. Sed pontifices
verba præibant. Et conſenſu, ait Liuius, *d. libr. 3. deca. 3.* popu-
li, Cornelium Barbatum Pontif. Max. in dedicatione templi
Concordiæ, verba præire, cum more maiorum negaret, niſi im-
peratorem aut conſulem poſſe templum dedicare. *libr. 9.*
*deca. 1.* Meminit Flauius Vopiſcus, Aurelianum ita mandaſſe, *ego*
*ad ſenatum ſcribam, qui mittat pontificem, qui dedicet templum.*
*Flauius Vopiſc. in hiſtoria & epiſtola Aurelia.* ¶ † Fiebat ergo dedi- 9
catio templi per imperatorem aut eius iuſſu, *l. ſacra loca, 9. de rer.*
*diuiſ. P. l. ſi. vt in poſſeſſio. legator, li. 36. P. tit. 4.* maxime ſi de loco
publico in ſacrum conuertendo agebatur, vel de priuato dedi-
cando. Atque ideo Romani Imperatores, ſuorum idolorum ge-
rebant ſummum pontificatum, & inaugurabantur omnibus ſa-
cerdotiis, nec alia ratione, quam vt haberent omnes religiones &
ſacrificia in ſua poteſtate, & manu. *Dion. Caſſius, li. 53. Hiſt.* Quod
& in regno Ægyptiorum aliquando obtinuit. *Pla. li. ciuili vel de*
*regno. Ariſtot. 3. Politic. cap. 10.* ¶ † Poſtquam autem Cæſares 10
Chriſtianam coluere religionem, ex Iuſtiniani etiam ſanctione
cautum, niſi auctoritate pontificis diœceſeos loci ſacri fieri dedi-
cationem. *§. ſacræ res, de rer. diuiſio. ap. Iuſtin.* Quod firmauit Vrba-
nus tertius & alii pontifices ſummi. *cap. ad hæc, & cap. 1. de religio.*
*domib. ca. 2. de conſecra. eccle. can. nullus, ca. altaria, in 2. de conſecra.*
*diſt. 1. melius in ca. auctoritate, 4. de priu. in Sexto. § 1. vt nullus fabri-*
*cet orat. domus præter vol. epiſco. in auth. colum. 5. tit. 16. conſtit. nouel.*
*67.* Vt eius prouidentia cultui diuino in futurum & clericis con-
ſulatur. *d. c. nemo, de conſecr. diſt. 1.* Hicque curabit eo modo fieri
quod admonet Epictetus, *Arrius in enchiridio Epicteti.* libare &
ſacrificare ſecundum patrios mores vnumquemque, pure, abſq;
laſciuia, abſque negligentia, non parce, non ſupra facultatem. Et
proinde iubet ius epiſcopis, vt altaria ſub memoria martyrum
publice falſo ædificata deiiciant. *can. placuit, de conſec. diſt. 1.* Quod
hodie nec priuatus, nec publica populi auctoritas abſque epiſco-
po, poſſit locum ſacrum facere, ſicuti olim. *Martian. in l. in tan-*
*tum, 6. §. fi. & Vlpia. in l. ſacra loca, 9. de rer. diuiſ. l. 3. §. ſi quis in ſepul-*
*cro, de ſepul. violato, P.* ¶ † Capellania itaque ſecularis erit, quæ 11
per laicos, in ſuis fundis & domibus fundatur, & deſtinatur alicui
ſacerdoti: vt inibi alicui cultui diuino inſeruiat, eiuſque no-
mine ſtipendia aliqua percipiat, idque ſine auctoritate diœce-
ſani epiſcopi. Quare fundatio hæc, profana tantum eſt: aut
legatum pium tantum, vt ait Ioannes Faber. *in §. nullius,*
*de rer. diuiſ.* Quare inconſulto epiſcopo, nutu patroni vel
heredis concedi poterit presbytero, cui libebit: vt notat
Guido Papæus. *quæſt. 187.* Neque epiſcopus, qui viſitan-
do & circumeundo diœceſim ab eccleſiis quippiam exigit vi-
ſitationis iure, poterit ex huiuſmodi priuato oratorio quic-
quam capere aut petere, *cap. fi. de cenſi. ap. Grego.* quia nec huiuſ-
modi capellæ ſeculari liceat habere inſignia eccleſiæ, campa-
nam, aut pignaculum, ſeu campanile ex prohibitione Celeſti-
ni. *cap. parentibus, cap. 16. de priuileg. lib. 5. Decret. tit. 33.* Sed hic
de his capellis plura dicere ſuperſedebo: videto de illis Mat-
thæum Pacum, tractat. de mandatis apoſtolicis, quinta parte,
numero 32. & ſequentibus. Quæ refert ad capellanos dictos ra-
tione beneficii vel ſacelli: vnde naſcitur ius patronatus eccleſia-
ſticum, de quo alibi diximus. ¶ † Alii porro capellani ſine ſacer- 12
dotio & capella aliqua, vel abſque reditu ex capella, ſunt. In Gallia
alicubi, capellani dicuntur, & ſacerdotes omnes, ſine ſacerdotio,
vt apud nos Tectoſages.
¶ † Sunt & capellani Papæ diuerſi generis, & priuilegii: *Io-* 13
*annes Gallus, in quæſt. deciſis, per Areſta parlamēti q. 31. vbi & de eorū*
*benefi-*

*beneficiis, quæ in curia Romana vacare dicuntur*, alii namque ſunt
commenſales, alii honoris huius titulo tantum donati, alii cum
ſtipendiis, alii ſine illis. Commenſales in curia Romana tenen-
tur reſidere, alii nequaquam, *ca.vnic.de ver.ſig.in Sex.* Capellani
vero Papæ erant iuriſperiti, qui in officiis diuinis ſumm. pontif.
ſeruiebant in ſua capella, in qua & ſumm. pontif. ſæpe audiebat
cauſſas & controuerſias, per principes & reges ſeculi & orbis
Chriſtiani, etiam extra negotia fidei delatas ad illum, quæve
conſiſtoriales non erant. A quo munere paulatim ſum.pont. ſe-
ſe auocantes, cœperunt primum harum controuerſiarum audi-
entiam ſuis capellanis concedere, ex quorum relatione poſtea
14 iudicabant. ¶ Et † ideo qui prius capellani Papæ dicebantur,
nunc auditores ſacri palatii dicti. Quibus etiam deinceps ſum.
pont. cauſſarum quoque deciſionem ſuo reſcripto conceſſere.
Atque ex more vſurpatum ſubinde, vt fere in omnibus deciſio
ſpeciali reſcripto iſtis demandetur, *Octauianus Veſtrius, lib.2.in-*
15 *troductionis in actiones aulæ Rom. c. 17.* ¶ Hodie † ordinem hunc
conſtituunt duodecim ex reſtrictione Sixti 4. ante quem plures.
Dicti & illi nunc auditores Rotæ, cuius Rotæ & auditorii de-
creta pro ſenatuſconſultis habentur: vt ex deciſionibus eorum
excuſis apparet. Plura autem de auditorio Rotæ videto apud
Ludouicum Gomeſi. *in prooemio regularum cancellariæ.* ¶ Capel-
16 lani, † qui honoris cauſſa huiuſmodi ornantur titulo, vere non
ſunt capellani Papæ ſecundum Boerium, *q. 17. nu. 9.* Sic enim
princeps aliquibus honorem ſolum communicat, non autem v-
tilitatem, *§. renouamus, tit. vt ordinariæ præfect. & c. in authen. coll. 5.*
*tit. 9. & ibi gloſ. in verbo videantur.*

## De Præſtimonio, Obitu & Obituariis. Cap. 30.

1 *Præſtimonium interdum beneficium, aliquando minime.*
2 *Obitus & obituarii quid.*

1 ACcedit † capellis præſtimonium, ſeu præſtimonia, quæ ali-
quando beneficii habet formam, ſi in titulum conferatur:
interdum minime, vt ſi deſtinetur officio temporali, vt ſcribit
Rebuffus *tract. de pacif. poſſeſſor. nu. 90.* Oldradus *conſ. 140. alias*
*113. incipien. in eccleſia. & conſi. 81. incipient. quod proceſſus.* Domi-
nicus *conſil. 89.* & Ioan. Franciſcus de Pauinis *in Apoſtillis vlti-*
*mis, ad extrauagantes Ioan. 22.* Meminit de præſtimoniis *& c. ſ. de*
*conceſſ. præb. in Sexto.* Tunc autem proculdubio beneficia non
ſunt, cum dantur, ſtipendiorum & mercedis cauſſa. Et proinde
in impetratione beneficiorum, in cuius diplomate exprimi de-
bent etiam beneficia poſſeſſa per impetrantem modici valoris,
*c. cum adeo 17. & ca. ad aures. 8. & cap. ad audientiam. 31. c. poſtula-*
*ſti. 27. de reſcript. ap. Grego.* non tenetur impetrans de præſtimo-
nia in ſtipendia conceſſa, mentionem facere, quod beneficium
non ſit, vt notant Dominicus, *in ca. ſi motu proprio, in verſi. beneſi.*
*& ibi Dominicus col. 2. verſ. ſed quid habente, de præbend. in Sex.* &
2 Ioannes Andreas. ¶ Affines † quoque capellis & beneficiis ſunt
obitus: vnde obituarii dicti ſunt. Quando per legatum, vel fun-
datione a viuente facta, bona quædam deſtinantur orationibus
faciendis pro aliquo qui iam obiit, vel moriturus eſt. De quo
conſulendus Philippus Decius, *conſil. 148.* Refert Wolffgangus
Lazius apud idololatras florente Romanorum republ. ſacrificu-
lis certos annuos reditus relictos, vel ad lucernas, vel ad cande-
labra ad memoriam obeuntium repetendam, *Wolffgang. La-*
*zius, lib. 3. Comment. reip. Roma. c. 11.* Probant illorum Iuriſconſul-
ti legatum ea conditione relictum, vt lucerna perpetuo circa ſe-
pulcrum accendatur, *l. Mauia. 44. de manum. teſtam. P.* Et con-
queritur Symmachus apud Valentinianum, Theodoſium &
Archadium CCC. pro ſuorum Deorum cultu: contra Chriſtia-
nos, agros virginibus veſtalibus & miniſtris ſuorum ſacrorum,
deficientium voluntate relictos, a fiſco tunc retineri *Symma. ad*
*Valenti. Theodo. & Archad.*

## De Operario ſeu Ædituo ſacro. Cap. 31.

1 *Operarii ſeu* Ouuriers *eccleſiarum qui.*
2 *Quæſtores ſacræ pecuniæ.*
*AEditui templorum qui, & eorum munus, eod.*
3 *AEdiles curam refectionis templorum habuerunt. 3. 4. 5. Tem-*
*plorum refectio ad quem pertineat, eod. 3.*
4 *Refectio loci ſeruientis, onus eſt eius cui debetur ſeruitus.*
5 *Operaria beneficium non eſt. & num. 6.*

1 VVlgus † operarios vocat eos, quibus cura operum & fabri-
cæ eccleſiaſticæ commiſſa eſt: *ouuriers & marguilliers.* Quos
2 Plato † *6. de legib.* vocat quæſtores & aſſeruatores ſacræ pecuniæ,
eoſque arbitratur neceſſarios in ſingulis templis, qui lucrorum
agrorumque ipſis dedicatorum, & fructuum conductionum-
que & locationum domini eſſent. Ariſtoteles autem eos videtur
nominare æditvos, & ſacrarum pecuniarum cuſtodes. *Alia ſpe-*
*cies*, inquit Ariſto. *6. Politicor. c. ſi. curationis eſt circa rem diuinam,*
*ſeu ſacerdotis, & ædituí circa templa, vt conſeruentur quæ ſunt, & e-*
*rigantur ruinoſa ædificia, & cetera omnia quæ pertinent ad diuinum*
*cultum: euenit autem alicubi vt in paruis ciuitatibus curam hanc eſ-*
*ſe vnam: alibi vero plures ſeparatas a ſacerdotio, & eſſe ſacrificulos æ-*
*dituos, & cuſtodes ſacrarum pecuniarum.* ¶ Varro † apud Roma- 3
nos hanc fuiſſe curam ædilium teſtatur, *Varro 4. de lingua Lati-*
*na.* Et inde ædiles dictos, quod ædes ſacras & priuatas procura-
rent. Fuit & cura præſidum prouinciarum prima, vbi in prouin-
cias ſuas perueniſſent, ædes ſacras, & opera publica circuire, in-
ſpiciendi gratia an ſarta tectaque eſſent, & refectione aliqua in-
digerent, *Vlpia. in l. ſi in aliquam. de offi. proconſ. P.* Erat permiſſum
olim in lege antiqua ſacerdotibus, ex gazophylacio tẽpli pecu-
niam capere, quæ offerebatur pro peccatis: ea tamen lege, vt
templum reficerent. Quamobrem legimus regem Iſraelis Io-
han, cum ſacerdotes non inſtaurarent ſarta tecta templi, vocaſſe
Ioiadam pontificem & ſacerdotes, & dixiſſe: *Quare non inſtau-*
*ratis ſarta tecta templi? nolite ergo amplius accipere pecuniam iuxta*
*ordinem veſtrum, ſed ad inſtaurationem templi reddite eam.* Et po-
ſtea ſequitur, prohibitos ſacerdotes vltra accipere pecunias a
populo, & inſtaurare ſarta tecta domus. Et pecuniam poſtea in
gazophylacio delatam cum excreuiſſet, & inde eductam præſen-
te ſcriba regis & pontifice numeratam, & datam iuxta nume-
rum atque menſuram in manu eorum, qui præerant commen-
tariis in domo domini, *4. Reg. c. 12.* Aliquando inter Chriſtianos,
pontificibus ſacerdotiorum vna ex quatuor pars pro fabrica da-
ta, *can. quatuor. can. de reditibus. 12. qu. 2. cum ſimil.* poſtea præfe-
ctis ſacerdotiis relicta, *can. priſcis. c. vnico, can. placuit. 10. q. 3.* vt an-
tea docuimus, dum de curionibus ſeu rectoribus & parochis
hoc libro egimus. Æquumque viſum eſt, ſacerdotes & curiones,
qui pro fructuariis in beneficiis habentur, *glo. in c. præſenti. de offi.*
*ordinar. in Sext. in verbo reſeruari*, ad modicam refectionem ædi-
um, ex quibus conſequuntur fructus, teneri: vt reliquos ædium
vſufructuarios, *l. vſufructu legato. & l. hactenus. de vſuf. P. l. inter*
*fructuarium, de dam. infect. P.* ¶ Sic † etiam regulariter is, qui ex 4
re ſeruitutem percipit, & eam ſibi deberi aſſerit ad refectionem
rei ſeruientis tenetur, non is qui eam debet, *l. etſi forte. §. Gallus.*
*& l. ſicut refectio. ſi ſeruit. vind. P.* ¶ Quæ † de modica refectione 5
intelliguntur, non de maiori. Nam ſi illa ad curionem pertine-
ret, plerunque fructuum excederet perceptionem & is cogere-
tur fructibus alio quam ad cultum diuinum impenſis, officium
eiurare & cedere. Quocirca vt curionis onus aliqua ex parte re-
leuetur, recte in eccleſiis ſeu templis quæſtores ſacri ea de cauſſa
conſtituti, qui ex fide pecuniam quærerent ex parochorum libe-
ralitate, & eandem fidem in opera eccleſiæ neceſſaria impende-
rent. Et alicubi huic neceſſitati fructus aſſignati ſunt, regendi, &
diſtribuendi per viros delectos, ſtrenuos & prouidos. Proinde
res † inſtaurandis templis relictæ, & officium quæſtorum, &, vt 6
dictum eſt, operaria, inter beneficia non ſunt eccleſiaſtica, *Re-*
*buf. in tracta. Nominationum, q. 15. nume. 18.* Tum etiam quia hoc
munus annuum eſt, vel alterius ſpatii ad tempus & non perpe-
tuum, & laicis etiam committitur, *Decius in c. decernimus, num.*
*11. de Iu.* Nec in vtilitatem quæſtoris, ſed eccleſiæ ſolius cui te-
netur geſtorum reddere rationem, *Rebuffus in proxi. cita. loco, &*
*gl. in cle. 2. de iudi.* Quæ aliena ſunt a natura beneficii eccleſiaſtici,
quod perpetuum eſt, *c. ſi. de clerico ægro. c. vnic. de capell. mona. in*
*Sex. can. ſcripſit, can. aliter. can. quamuis triſte. 7. q. 1.* id eſt, poſſideri
poteſt ab inſtituto quandiu vixerit: id enim perpetuum ſignifi-
cat ad vitam relatum, *l. 1. pro ſocio. P.* quodve fructus habet in fa-
uorem potiſſimum clerici inſeruientis diſtributos, *c. 1. & fin. de*
*pecul. cleric. c. nemo de conſecra. diſt. 1. gl. in d. c. præſenti. de offi. ordin.*
*in Sex.* Inter officia tamen cum reditu aliquo monaſteriorum,
vel eccleſiarum, quæ regularem vitam abiecerunt: ſunt opera-
ria & infirmaria, vt dicunt.

## De Collegiatis. Cap. 32.

1 *Collegium & collegiati quid.*
2 *Collegiorum alia licita, alia illicita: & licitorum variæ ſpecies,*
*profana, eccleſiaſtica, mixta.*
3 *Collegia profana artificum.*
4 *Collegium, corpus, ſocietas, affinia, ſed diuerſa.*
5 *Saccarii qui Romæ.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

6 *Collegia ſtudiorum.*
7 *Collegia ſacra & ſcholaſtica.*
8 *Collegiorum ſtudiorum loca non ſunt beneficia, nec ea perpetua, niſi presbyterorum.*
*Collegiis fundatores leges ponunt, eod.*
9 *Collegia mixta Academiæ priuilegiatæ.*
10 *Collegia debent inſtitui vel approbari a principe: alioquin illicita ob metum conſpirationum & monopoliorum.*
11 *Collegiatus non faciens officium collegiati, priuilegiis non gaudet collegii.*
12 *Fratriæ permiſſæ in religione non faciunt beneficium.*
13 *Falcidia non detrahitur a legatis factis confratriis.*
14 *In Collegiatos tantum recipi debent, qui eius artis ſunt, quam exigit collegium.*
15 *Collegiatus admiſſus ſuper definitum numerum non vtitur priuilegiis collegii.*
16 *Collegiatus in duobus collegiis quis eſſe non poteſt.*
17 *Collegium non mutatur mutatis perſonis.*
*Collegium in vno retinetur, non niſi in tribus conſtituitur, eod.*
18 *Collegiatis fundatores leges dant, poſſunt & collegiati ſibi conſtituere, quomodo.*
19 *Collegii debita & credita non ſingulos priuatim reſpiciunt, ſed vt vniuerſos.*
20 *Collegio diſſoluto, num poſſint res collegii diuidi inter collegiatos.*

1 COllegium † dictum eſt, quaſi delectus & collectio, teſte
Varrone, quædam hominum eiuſdem artis, profeſſionis, o-
pificii, officii, & poteſtatis: vnde & collegę dicti, *l. collegarum, 173.*
2 *de verbor. ſignific. P.* & collegiati. ¶ Hinc † diuerſæ ſpecies mana-
runt collegiorum, aliaque licita, & alia illicita ſeu improbata
certis de cauſſis, vel ratione perſonarum, aut officii, aut loci, vel
ſimilium, *l. 1. de colleg. illicit. lib. 47. P. tit. 22.* vel quia non ſunt pro-
bata a principibus, *d. l. 1. de colleg. illic. & l. 1. quod cuiuſque vniuer-
ſit. no. li. 3. P. tit. 4.* Rurſum collegiorum licitorum, quædam ſunt
profana omnino artificum, quædam ſtudiorum, magiſtratuum:
mixta alia quodammodo: quædam omnino eccleſiaſtica. ¶ Col-
3 legia profana artificũ † plura in quibus delectus artificum fit &
ſociantur: cuiuſmodi plura inſtituit Romæ Numa, *Plutarch. in
Numa. Plinius lib. 35. c. 12.* vt piſtorum, nauiculariorum, *l. 1. quod
cuiuſ. vniuer. no. in P.* argentariorum, *Nouel. 136.* figulorum, *Pli-
nius, d. li. 35. c. 12.*
4 ¶ Obſeruandum † tamen, tria eſſe maxime ſibi affinia, ſed
non eiuſdem naturæ in omnibus, videlicet ſocietatem, corpus,
& collegium. Inter quę collegium corpus dici poteſt & ſocietas,
ſed non omnis ſocietas, vel omne corpus, collegium faciunt.
Quia proprie collegium eſt quando plures ſimul eo habitant a-
nimo & degunt, vt vna communione & æquali viuant. Societas
porro tantum & artis & mercium, & aliorum ſeorſum habitan-
tium eſſe poteſt: item & corpus, *glo. in d. l. 1. quod cuiuſ. vniuerſit.*
Sic corporati, non collegiati dicuntur conciues, & in albo inco-
larum conſcripti, *in l. vnic. de priui. corporator. li. 11. C. tit. 14.* ¶ Et
5 alii † ex corpore ſuariorũ, *l. 2. de ſuariis, li. 11. C. tit. 16* ſaccariorum,
videlicet eorum qui ſoli ex portu Romano inuecta, iuſta & taxa-
ta mercede euehebant, *l. vnic. de ſaccariis vrbis Romæ, lib. 14. C.
Theodo. ti. 22.* Item claſſicorum, *l. vnic. de claſſic. li. 11. C. tit. 12.* & ſi-
milium. Collegia ſtudiorum & ſodalitia plura ſunt, tum huma-
narum artium liberalium, tum Iuriſprudentiæ, Philoſophiæ &
Theologiæ, &c. Magiſtratuum ſunt & collegia, vt & decurio-
num, *l. 2. de decurion. lib. 11. C. tit. 13.* Inter ſacra collegia & ſodalitia
olim collegium augurum, aruſpicum, pontificum: nunc cœno-
6 bia, capitula eccleſiæ dictæ collegiales ¶ In † quibus canonici,
præbendati vel clerici, habent communia, ſigillum, *ca. ſignifica-
uit de appella.* arcam, *l. 1. quod cuiuſque vniuerſit. nomi. P.* & tracta
tum, *c. tertio loco, de proba. Felin. in c. attendentes. col. 1. de præſcript.*
7 vel capitulum. ¶ Et iſti † collegiati, quia titularii nomine & be-
8 neficiarii fiunt, perpetui dicuntur. ¶ In † quo differunt a colle-
giatis collegiorum ſtudiorum cauſſa conſtitutorum qui tempo-
rales ſunt, donec ſtudiorum certam attigerint metam, ſtatutis
& lege fundationis comprehenſam: quam ei qui collegium do-
tauit, ſuperioris auctoritate licuit ex arbitrio decernere, ſi modo
vis non fiat iuri publico. Quod & Solonem permiſiſſe refert
Caius *in l. fi. de colleg. illic. P.* lege, quam explanat Alciatus *lib. 2.
prætermiſſ. in titu. de colleg. illic. & in li. 2. diſpunct. c. 18.* Sunt tamen
in collegiis ſtudiorum, vt plerunque & loca presbyteralia per-
petua, presbyteris, vt inibi cultum exſequantur diuinum, deſti-
nata. Hæc porro collegiorum loca literarum diſcendarum cauſ-
ſa inſtituta, inter beneficia eccleſiaſtica non annumerantur, ne-
que de illis mentionem in beneficiorum impetratione fieri o-
pus eſt, nec debentur graduatis aut nominatis in vim gradus,
quamuis eorum menſibus vacauerint, *Rebuffus in tract. nomina.
q. 15. nu. 20.* ¶ Ad † collegia mixta eccleſiaſtica & non eccleſiaſti- 9
ca, academię quodammodo pertinere videntur priuilegiis ſum-
mi pontificis & regum inſtitutæ & temperatæ, *c. quia nonnullis,
& c. 1. de magiſt. l. 1. de ſtud. liberali. vrb. Romæ lib. 11. C. tit. 18.*
¶ Collegiorum † omnium inſtitutio aut collectio, vel a prin- 10
cipibus ſecularibus, aut ſacris, penes quos ſumma reipublicæ ſit,
*iuxta ca. per venerabilem, qui filii ſint legit.* fieri debet, vel ab aliis fa-
cta, eorum debent auctoramentum ſeu comprobationem ha-
bere. Sic Martianus, mandatis principalibus ait *in l. 1. de colleg. il-
li. P.* præceptum præſidibus prouinciarum, ne patiantur eſſe col-
legia ſodalitia, neve milites in caſtris collegia habeant. Et Caius
*l. 1. quod cuiuſque vniuer. nom. P. Neque ſocietas,* inquit, *neque colle-
gium, neque huiuſmodi corpus paſſim omnibus habere conceditur.
Nam & legibus & ſenatuſconſultis & principalibus conſtitutionibus,
ea res coercetur, paucis exceptis.* Ita Vlpianus, ad notionem perti-
nere iudicum, principis, vel ſenatus tradit, num collectio ratio-
ne profeſſionis, artis, vel cauſſæ ſit licita, *l. 3. de colle. illic. P.* pro-
pter imminens periculum coniurationum & proditionum, quę
ſolent ex congregationibus hominum, ſeu conuenticulis con-
flari. Et vt vitentur monopolia artificum & ergolaborum, *l. vni.
de monopol. C.* Ita Octauius Auguſtus, collegia præter antiqua &
legitima diſſoluit, cum plures factiones titulo collegii noui, ad
nullius non facinoris ſocietatem coirent, vt ſcribit Suetonius
Tranquil. *in Octau. cap. 32.* & Liuius *li. 39.* Franciſcus quoq; eius
nominis primus rex Galliarum edicto ſtatuit, ſecutus antiquas
regum conſtitutiones, & ſupremarum curiarum ſenatuſconſul-
ta, ne eſſent fratriæ artificum ſeu confratriæ, & factæ opprime-
rentur, *conſtitutio. Franciſci I. anni 1539 ar. 185 186. & 187. vide de
his Rebuff. tom. 2. commentarior. in conſtitutiones regias:* ad mono-
polia vitanda religionis tamen cauſſa coire non prohibentur
homines, dum tamen hoc non fiat contra ſenatuſconſultum,
quo illicita collegia coercentur, *l. 1. de colleg. illic. P. cano. ſi quis de-
ſpicit. 42. diſt. in.* ¶ Ita † ſub prætextu religionis, aut ſub ſpecie ſol- 11
uendi voti, cœtus illicitos nec a veteranis tentari oportet, *Vlpia.
in l. 2. de extraordin. criminib. li. 47. tit. 11.* vt neq; prætextu colle-
gii, in quo vere quis munus collegiati non exſequatur, quis im-
munis ab aliis oneribus eſſe non debet, *l. qui ſub prætextu 9. de ſa-
croſan. eccle. C. li. 1.* ¶ Fratriæ † permiſſæ & probatæ in religione 12
beneficium non faciunt: ideo presbyteri alicuius confratriæ vel
alii cõfratres loca non poſſunt permutare *gl. in ti. de annatis in ver-
bo beneficiorum. de anna.* neq; epiſcopus a cõfratriis poteſt, tanq̃ a
beneficiis, iura epiſcopalia exigere, *Feder. conſ. 25.* ¶ Pia † tantum 13
loca ſunt: & proinde ſi fratriis relinquãtur legata, exemplo legato-
rum piorũ non detrahitur Falcidia, *Pano. in ca. offici. de teſtam. per
auth. ſi quis ad declinandam. de epiſc. & cler. C. c. requiſiſti. de teſtam.*
¶ In † collegiis recipiendi ſunt tantum, qui eius artificii ar- 14
tis vel profeſſionis ſunt, cuius gratia inſtitutum collegium, *l. qui
ſub prætextu. C. de ſacroſan. eccle.* & ad illum vſque numerum qui
definitus eſt. Sic Plinius Iunior ad Traianum ſcribit: *Tu domine
diſpice an inſtituendum ſit collegium fabrorum duntaxat hominum
centum quinquaginta: ego attendam, ne quis niſi faber recipiatur, Pli-
nius Iun. in epiſt.* Quare qui munus & officium collegiati non im-
plet, amouendus eſt, eiuſque in locum alius ſufficiendus ſiue ec-
cleſiæ aut alterius loci ſit collegiatus. *d. l. qui ſub prætextu. 9. C. de
ſacroſ. eccl. l. 1. de collegia. li. 11. tit. 17.* ¶ Et † qui ſupra & præter nu- 15
merum fundationis vel priuilegii collegii admiſſus eſt, non vti-
tur priuilegiis & iuribus collegii, *d. l. 1 §. qui autem ſupra, de priuil.
li. 11. C.* ¶ Placuit † etiam. in duobus collegiis vnum non poſſe eſ- 16
ſe collegiatum, *l. 1. de colleg. illic. in P. facit c. cum non ignores c. 15.
de præben. in Sext. c. ſi de relig. domi. c. 4. & 5. §. in poſterum, qui milit.
non poſſ. lib. 12. C. l. libertus. § præſcriptio. ad municip.*
¶ Mutatione † perſonarum collegiatorum, collegium non 17
mutatur, ſed idem remanet, *l. ſicut munic. prum. §. in decurionib.
quod cuiuſque vniuerſit. nomine. P. l. proponebatur. de iudi. P.* Atque
vniuerſitatis ius per vnum ſolum vniuerſitatis retineri poteſt, *d.
§. in decurionibus.* quanquam conſtitui non poſſit, niſi ad minus
tres ſint. Quia Neratius Priſcus tres collegium facere dixit, quod
magis ſequendum eſt, *in l. Neratius. 85. de verborum ſignific. Cic.
pro domo ſua. vide glo. in ca. 1. de eccleſ. apud Gregor.* Sicuti nec vnus
ſolus familiæ appellatione continetur: nec duo familiam facere
dicuntur, *l. de: eſtatio. 40. de verb. ſign.*

¶ Cuius

18 ¶ Cuius † ſit qualitatis collegium, & ſecundum quas leges vi-
uere debeant adſcripti, ex propriis ſtatutis colligi poteſt: cum
fundatoribus licuerit in rerum traditione leges, quas voluerunt
præfigere, *l. in traditionib. de pact.* in quas iurarunt qui admiſſi
ſunt. Licet & ſodalibus, qui eiuſdem collegii ſunt, quos Græci ἑ-
ταίρους vocant, pactionem inter ſe quam voluerint ſancire, dum
ne quid ex publica lege corrumpant. Sic & ſtatuta noua facere
poſſunt, *Caius, in l. 2. de collegi. illic. P.* Si tamen acceptas a funda-
toribus ſeu inſtitutoribus collegii leges, nouis lædant, non pro
babuntur placita in præiudicium ſucceſſorum, *ca. cum omnes. &
c. ex parte. de conſtitu. ap. Greg.* Niſi ex cauſſa legitima mutent an-
tiquas leges, & conuentio eorum per ſuperioris auctoritatem
firmetur & rata habeatur, *d. c. ex parte. & c. cum Martinus. de
conſti. l. quod ſemel. 5. de decret. ab ordi. fa. P.*
19 ¶ Communis † vtilitas, & cauſſa & finis efficit, vt omnes eiuſ-
dem iuris collegii participes, non vt ſinguli, ſed vt vnum corpus
conſiderentur, in præterito, præſenti & futuro tempore: ita ſi
quid vniuerſitati vel collegio debetur, non ſingulis debitum eſt:
& ſi quid debet, ſinguli non dicuntur debere, *l. ſicut municipium,
§. ſi quid quod cuiuſque vniuer. nom. l. in tantum § 1. de rer. diuiſ.* Da-
turque actio aduerſus vniuerſitatem, & eidem contra alios, ſed
vniuerſitatis nomine, *d. l. ſicut. & l. ſi tibi. 9. quod cuiuſque vniuer.
nom.* Et ſi nemo defendat, quod commune eſt, capitur & venit, *l.
1. §. fin. & l. ciuitates. 8. eod. titu.* Si tamen collegium diſſoluatur,
quod commune eſt inter collegiatos, lege permittente, poteſt
diuidi. *l. 3. de colleg. illic. in P.* videlicet ſi ex collegiatorum collati-
20 one bona collegio contigerint. ¶ Alioquin † arbitror ad inſti-
tutores vel eorum heredes redire, vt liberas ab onere res, & con-
ditione, & modo quo datæ erant reſolutis. Nec puto licere col-
legiatis fructus earum ſeorſum capere a collegio, etſi non ſuffi-
cere videantur ad omnes alendos, *ratio in l. Septitia. 10. in fi. de pol-
li. P. lib. 50. tit. 13. l. ſi legatum. 5. §. fines. de operi. publ. P. l. 2. de iure im-
munit. P.* ſed vel contribuere in collegio, vel loco decedere de-
bere.

## De Collegiis, & conuentibus ſacrorum militum: & primum de Templariis. Cap. 33.

1 *Militum ſeu equitum ſacrorum origo.*
2 *Hoſpitale Hieroſolymis Chriſtianorum Latinorum.*
3 *Hoſpitale D. Magdalenæ Hieroſolymis.*
*Hoſpitale D. Ioannis Hieroſolymis, eod.*
4 *Cruciferorum militum origo.*
5 *Templum Hieroſolymis poſt Titi ruinam a Chriſtianis, permiſſu Arabum, ædificatum.*
6 *Templarii milites vnde, ordo, habitus, profeſſio, crux.*
*Templariorum primi auctores: Hugo de Paganis, & Ganfredus de Sancto Aldemaro, eod.*
*Garmundus patriarcha Hieroſol. epiſcop. ante Ambianenſis, eod.*
7 *Templariorum opes, & ſuperbia, & in eos odium ante ruinam.*
8 *Templarii hoſpitalarii, fratres, & religioſi.*
9 *Templarii approbati quando in Italia.*
10. 11 *Templarii quando ſublati, & quare.*
*Simulacrum templariorum, & Idolum, eod.*
*Puer toſtus, eod.*
*Cinis mortuorum in potum porrectus a templariis, eod.*
11 *D. Ludouicus rex Gall. proditus a templariis.*
12 *Fridericus II. proditus a templariis.*
13 *Templarios qui dicant odio Gallorum regis ſublatos.*

1 RElIgionis cauſſa † plures milites coierunt aliquando, quo-
rum collegia, partim ſublata, partim exſtantia ſunt. Ex par-
uis autem initiis ſacrorum militum inſtitutio, ad ſummas opes
conſcendit. Nam circa annum domini milleſimum nonageſi-
mum nonum, cum Gothfrido duce a Chriſtianis Hieroſolyma
2 fuiſſet recepta, Hieroſolymis † erant Chriſtiani, Latini nomine,
qui ab Agarenis, qui ibi imperabant, impetrauerant, vt ſibi lice-
ret domicilia iuxta ſepulcrum domini noſtri Ieſu Chriſti re-
demtoris habere, vbi cœnobium Dei genitricis conſtruxere,
quod Latinorum appellabatur, cuius Abbas munere & officio
fungebatur excipiendi Chriſtianos hoſpites Latinos. Additum
3 poſtea † cœnobium D. Magdalenæ, quod item fœminas recipe-
ret. Atque creſcente peregrinorum numero, vt cœnobiis recipi
non poſſent, proxime ædificata hoſpitalis domus, quam diui Io-
annis Baptiſtæ titulo, Deo conſecrarunt. Ei quoq; & vnus præfe-
ctus *Polyd. Virg. lib. 7. de Inuentor. rerum. c. 5.*
4 ¶ Et † ex his prodierunt cruciferorum familiæ, vel ab eorum
exemplo alii cruce ſe ſignarunt, vt eandem operam militarem
in fidei cauſſa præſtarent. ¶ Fuit † & Hieroſolymis templum 5
Dominicum, vt ſcribit Guillelmus Tyrius, Arabum permiſſu
poſt Coſdroe ruinas ædificatum a Chriſtianis, quod ſuo tempo-
re exſtitiſſe teſtatur, *Guillel. Tyrius lib. 1. belli ſacri, c. 2.* Coſdroas
Perſarum rex autem, circa annum Domini 610. Hieroſolymam
& magnam partem Aſiæ cepit & vaſtauit tempore Heraclii im-
peratoris, *Sabellic. Emend. 8. lib. 6. Guillelm. Tyrius. li. 1 c. 1.* Subin-
de prodiit Arabum maxima manus duce & imperatore impie-
tatis Mahumeticæ Homare filio Chorabi, qui iterum Palæſti-
nam, Damaſum, Syriam, Ægyptum populatus eſt, & Hieroſoly-
mam iam vaſtatam ſuis legibus cum tributo reliquit, data pote-
ſtate habendi Chriſtianam religionem & pontificem, & ædifi-
candi templum, quod exſtructum eſt, vbi antea aliud erat a Tito
Romano dirutum, vt ſcribit Tyrius. Templo huic reditus aſſig-
nati, præfecti & æditui, & additi milites qui peregrinos, qui eo
venerant ſacra loca ex voto viſitare, ducerent & conſeruarent,
*Paul. AEmil. li. 5.* ¶ Ceterum † tum temporis non fuit ordo tem- 6
plariorum inſtitutus, ſed poſtquam Chriſtiani repetierunt Hie-
roſolymam, ſub Balduino rege anno domini 1118. quo quidem
nobiles viri ex equeſtri ordine, Chriſti ſeruitio ſe manciparunt,
& more canonicorum regularium, in caſtitate & obedientia &
ſine proprio, velle perpetuo ſe viuere profeſſi ſunt: inter quos
præcipui fuerunt Hugo de Paganis, & Ganfredus de ſancto Al-
demaro. Iis cum nulla eſſet habitatio, palatii partem, quæ iuxta
prædictum templum erat, rex conceſſit, & annonas & beneficia
temporalia & perpetua victus gratia: canonici quoq; templarii
plateam quandam ſeu aream iuxta templum & palatium ad ex-
ſtruendas officinas conceſſerunt. Prima autem eorum profeſſio,
& opus quod a patriarcha Hieroſolymitano nomine Garmun-
do natione Franco, qui ante epiſcopus fuerat Ambianenſis, or-
tus in oppido Pinqueniaco, in remiſſionem peccatorum fuit in-
iunctum, vt vias & itinera maxime ad ſalutem peregrinorum
contra latronum inſidias conſeruarent: nouem annis, poſt eo-
rum inſtitutionẽ in habitu fuerunt ſeculari, veſtibus vſi eleemo-
ſynis elargitis. Nono anno in cõcilio in Francia apud Cretas ha-
bito inſtituta illis eſt regula & habitus aſſignatus albus, ex man-
dato Honorii Papæ & Stephani Hieroſolymitani patriarchæ,
cœpit augeri eorũ numerus. Et tẽpore Eugenii Papæ cœperunt
cruces panni rubei in palliis ſeu amiculis ſeu clamidibus albis aſ-
ſuere tam equites, q̃ eorum fratres inferiores, qui dicuntur ſer-
uientes, *Guillel. Tyrius, Belli ſacri lib. 12. c. 7. & 6. Pau. AEmi. lib. 5.
Scripſit hiſtoriam Tyrius, ſub Balduino 5 ſub annum domini 1180.*
¶ Hos † Tyrius refert dictos fratres militiæ tẽpli, & eorũ ordinẽ 7
per vniuerſum orbem vſq; adeo creuiſſe & ad tantas opes bene-
ficiis & liberalitatibus principũ perueniſſe, vt regias tandẽ opes
excederẽt. Eaq; de cauſſa ab humilitate quã profeſſi fuiſſent de-
cidiſſe, & ſuo tẽpore ſe a patriarchæ Hieroſolymitani obediẽtia,
a quo primũ ordinis inſtitutionem acceperant, ſubtraxiſſe, de-
cimas & primitias eccleſiarũ Dei ſibi vſurpaſſe, & earũ prędia, &
proinde fuiſſe valde poſtea exoſos, *Guillel. Tyrius d. c. 7. li. 12.* ¶ A-
lexander III. ſummus † pontifex nominat in quadã ſanctione tẽ- 8
plarios, hoſpitalarios fratres, & religioſos, eoſq; tradit habuiſſe
quaſdã eccleſias pleno iure ſibi ſubiectas: & alias, in quarũ inſti-
tutione poſtulare debebant epiſcopi auctoritatem, *in ca. cum &
plantare cum ſuis §§. de priuil. lib. 5. Decre. tit. 33.* ¶ Innocentius ter-
tius † ſummus pontifex, qui electus 1198. anno domini crucife- 9
rorum templariorum ordinem approbauit in Italia, *in c. cum de-
putati. c. 16. de Iudic. Volater.* ¶ Templarii † cum eorum ordine 10
ſub Clemente quinto põtifice ſummo ſublati fuerunt, & quot-
quot cõprehendi potuerũt necati: eo quod cum Sarracenis iun-
cti in Chriſtianum nomen conſpiraſſent, vt refert Platina *in Cle-
mentis V. vita.* Gaguinus enumerat cauſſas his verbis *in vita Phi-
lippi Pulcr. lib 7. Circa annum domini milleſimum trecenteſimum ſe-
ptimum prodiit error templariorum, qui cum apud Hieroſolymam fi-
dei defenſionem profeſſi, cũ primum religionis conſideratione opulen-
tiſſimos ſe effeciſſent, præclariſſimis per orbẽ Chriſtianum, ædibus cõ-
paratis, Chriſto reiecto falſis religionibus ſe dediderunt: erat enim illis
ſimulacrum cui pellem humanã ſuperinduxerant, appoſitis ad oculos
ſtatuæ fulgentiſſimis carbunculis, qui vice oculorũ micarent. Et ſtatuã
dum quiſpiam ad illos ingrederetur ordinem vitamq; templariorum
profeſſurus, abnegato ante omnia Chriſto, & cruce eius calcata, ſacri-
ficiũ faciebat. Morientis autẽ corpus, in puluerem conuerſum ceteris
in potũ dabant, quo poculo ſuos conſtantiores fieri arbitrabantur. Præ-
terea ſi ex tẽplarii coitu in- fans ex puella virgine naſcebatur, hunc igni*

*torrebant, exque eliquata inde pinguedine ſuum ſimulacrum decoris*
11 *cauſſa vngebant.* Hæc † quoque refert de iſtis P. Crinitus *lib. 24.*
*de honeſt a diſc. c. 13. Sed addit Gaguinus, pro confeſſo etiam habitum,*
*eorum dolo D. Ludouicum, dum in Syria peregrinaretur, in vincula*
*a Soldano AEgyptio cōiectum fuiſſe. His atq; huiuſmodi criminibus,*
*& quod eſſent fœdiſſimi amatores, templariorum ordo in concilio Vi-*
*ennenſi, anno dominicæ pietatis milleſimo trecenteſimo duodecimo per*
*Clementem ſummum ponti. cem finem accepit, comprehenſis vbilibet*
*terrarum atque crematis qui eius impietatis fuerunt. Hæc Gaguinus.*
12 ¶ Scribit † etiã Abbas Vrſpergenſis *li. Chron. in Friderico 2.* anno
1228. Fridericum ſecundũ imperatorẽ menſe Auguſti ad terram
ſanctam perueniſſe, & in ciuitatem Anconam, ibique multa
pertuliſſe grauia, perfidia & proditione templariorum, ſoloſ-
que hoſpitalares S. Mariæ Teutonicorum illi fideliter adſtitiſ-
13 ſe. ¶ Quidam † tamen erga Gallos male affecti comminiſcuntur
per calumniam, & ex nutu regis Gallorum, ſublatos milites
templarios: narratque Albericus de Roſato, ſe audiuiſſe a quo-
dam cauſſæ & teſtium in eos examinatore, contra iuſtitiam illos
punitos, hacque de re monitum Clementem quintum reſpon-
diſſe: etſi via iuſtitiæ ordo ille deſtrui non poſſit, fiat tamen via
expedientiæ, ne ſcandalizetur carus filius noſter rex Galliæ. Et
in Chronico Hermanni legitur a Papa Clemente V. in fauorem
regis Galliæ crimina hæreſeos fuiſſe falſo inſimulatos. Iacobus
Meyerus notat anno 1307. abolitum templariorum ordinem,
qui per omnem fere Europam comprehenſi, horrendis ſuppli-
ciis necabantur. *Ortum que,* inquit, *initium a Pulcro rege ac Galli-*
*ca nobilitate, qui precibus pontificem maximum ad hoc adegerunt ſpe*
*ducti, vt Itali tradunt ſcriptores, ſe ditatum iri eorum poſſeſſionibus,*
*quas per omnem Galliam plurimas habebant. Multa, inquit Anto-*
*ninus, etiam templariis obiiciebantur, ſed vtrum vere, non ſatis con-*
*ſtat. Hæc Meyerus lib. 11. hiſtoriæ Flandricæ.*

## De Militibus cruciferis hoſpitalis S. Ioannis Hie-roſolymitani. Cap. 34.

1 *Militum hoſpitalis D. Ioannis origo, & profeſſio, ſeu vota.*
2 *Militum hoſpitaliorum paupertas nihil habet proprii.*
*Præceptoriæ, ſeu commendæ hoſpitaliorum non ſunt beneficia, eod.*
Commanderies *eod.*
3 *Milites Hieroſolymit. hoſpitalarii non ducunt vxores, nec fiunt presbyteri.*
4 *Priorum hoſpital. D. Ioannis quis debet eſſe presbyter.*
5 *Ordo militum D. Ioannis Hieroſolym. habet & presbyteros, & moniales.*
6 *Priores commendatarii ordinis militum Hieroſolym.*
7 *Militaris ordinis inſtitutor, habitus & crucis color.*
8 *Crux ordinis Hoſpitaliorum D. Ioannis ne ſit quadrimembris.*
9 *Ordinis cruciferorum quale munus diuini officii & orandi.*
10 *Ordinis militum Hieroſolymit. priuilegia & iuriſdictio.*
11 *Hoſpitalarii D. Ioannis dicti Rhodienſes, Miletenſes milites.*
12 *Rhodis inſula a quo hoſpitalariis data, & quando inde pulſi.*
13 *Cruciferos Hieroſolymitanos Chromerus vt rapaces arguit.*

1 MOnuimus † ſuperiori capite, creſcente numero peregrino-
rum, iuxta templum Hieroſolymitanum xenodochium æ-
dificatum titulo Diui Ioannis, quo exciperentur peregrini, quos
cœnobia capere non poſſent. Huius ergo miniſterio, quoque
viri pii nobiles ſe deuouerunt, qui & peregrinos tutarentur & a
latronum ſeu Agarenorum incurſu defenderent. Horum pro-
feſſio eſt, votum ſolemne paupertatis & abdicationis proprio-
rum, caſtitatis & obedientiæ, *in ſtatutis hoſpitalis Hieroſolymitani,*
2 *cap 1.* ¶ Proinde † propter primum votum nihil proprii habent,
vel habere non debent, ſed accipiunt annonam quamdiu vi-
uunt, vel præceptorias, quas vocant, *commanderies*, adminiſtrant
quandiu eas poſſident & optione mutant vel ex magiſtri licen-
tia permutant, reddituri morientes quæ apud illos reperientur
ſocietati, vnde beneficia proprie eorum præceptoriæ non ſunt,
ex ſententia Rebuffi *in tracta. nomina q. 15. num. 16.* etſi diſſentiat
Carol. Molinæus, *in clem. 1. de ſupplend. neglígen. prælat.* Pari modo
illorum priores, caſtellani impoſtæ, vel bauliui, vt commenda-
tarii ſunt tantum adminiſtratores bonorum ordinis ſine pro-
prio, *in ſtatutis eorum. tit. 1. c. 1. & tit. 2. c. 1. & tit. 5. c. 4.* Et proinde
commendantur illis bona, non ab epiſcopo vt beneficia, ſed ar-
chimagiſtro ordinis.
3 ¶ Ob † votum caſtitatis affines ſunt & eccleſiaſticis perſonis,
nec vxorem ducere poſſunt, *in ſtatutis, hoſpitalis Hieroſolym. c. 9.*
Atque Alexander III. ſum. pontif. cum vetaret eis coniugium, il-
los vocauit fratres ſancti Ioannis & præfectum eorum priorem,
*c. vxoratus. c. 8. de conuerſio. coniuga.* Et Innocentius III. fratres ho-
ſpitalis ſancti Ioannis, *c. tuarum. c. 11. de priuil. & ibi gl. & c. du-*
*dum. de decim.* Veruntamen eccleſiaſticæ perſonæ non ſunt, cum
arma libere & ex profeſſione pertractent pro fidei tuitione ad-
uerſus Agarenos exemplo Machabæorum, quæ tamen clericis
non conceduntur, vt contra nec iſti hoſpitalarii milites, presby-
teri fieri poſſunt. ¶ Inuenies † tamen apud Honorium III. ſum. 4
pontif. narratum, dum ad illos ſcriberet, ſe audiuiſſe priorem e-
orum presbyterum eſſe debere, *c. canonica. c. 50. de ſentent. ex-*
*commu.* ¶ Quod † vt intelligas, annotare expedit, in eo ordine 5
eſſe milites & eccleſiaſticas perſonas, quæ inſeruiunt eorum ec-
cleſiis: eſſe & prioratus, & monaſteria monialium quoque cru-
ce ſignatarum, vbi nobiles profeſſionem emittere poſſunt, *in*
*ſtatutis eorum, tit. 2.* Ita in eo ordine eſt prior magnus ordinis to-
tius, qui præeſt omnibus, ſeu magiſter magnus eſt & prior ec-
cleſiæ, qui præeſt omnibus capellanis & habet curam ſpirituali-
um, ex capellanis omnibus magis idoneus eo muneri delectus
in conuentu, vbi magiſter magnus reſidet, perpetuo aſſiduus *in*
*ſtatutis eius ordinis tit. 13. de electionib. c. 5.* ¶ Quia † autem ex plu- 6
ribus prouinciis & regnis milites ei ordini ſe deuouent, ſuntque
illis inibi bona pleraque ex beneficiis principum & aliorum pi-
orum hominum collecta nec non ex ſpoliis Templariorum in
illos tranſlata: in ſingulis fere ſunt prouinciis priores præcipui,
quibus ſubiiciuntur alii commendatarii & hoſpitalarii, vt illi
quoq; magno ordinis magiſtro. ¶ Tradunt † ſtatuta eius ordinis 7
ſeu religionis, primum præpoſitum huic ordini dictum Geral-
dum qui cum ſociis crucem candidam in nigro panno affixit, aſ-
ſumſitque eum viuendi ritum, qui nunc eſt, vel quo degere de-
bent: quibus & alii adiuncti plurimi per magiſtros religionis
temporis ſucceſſione, prout expedire viſum eſt. ¶ Inter † quos 8
& illud cautum a Claudio de la Sangle magno magiſtro, vt do-
nati, ſic loquitur, vel confratres, crucem quadrimembrem non
deferant, ſed trimembrem, demta ſtipite ſuperiori *in eorum ſta-*
*tutis, tit. 2. c. 31.* ¶ Huius † ordinis fratres milites & ſeruientes in 9
canonicis horis centies quinquagies dominicam orationem re-
petere tenentur. Fratres vero ſacerdotes diaconi, ſubdiaconi &
clerici eius ordinis officium canonicum, & ordinem ſancti ſe-
pulcri Hieroſolymitani exſequi debent, *in eorum ſtatutis, tit. 3. c.*
*2.* ¶ Horum † militum priuilegia multa ſunt, qualia perſcribit 10
circa annalia vacantis hoſpitalis Ioannes 22. ſum. pontif. *in c. ex-*
*hibita, de priuileg. in extrauagan. commun.* vt eximantur quoque a
iuriſdictione epiſcopali in criminalibus, vt ſæpe curiæ ſupremæ
placuit, *Papus, lib. 1 areſto. tit. 10. areſto 1. & 2.* Et Innocentius III.
hos habere iuriſdictionem, in ſignatos cruce vere non ficte tra-
dit, *c. tuarum c. 11. de priuil. vbi gl. in verbo priuilegii, de eorum iuriſ-*
*dictione diſputat.*
¶ Hoſpitalarii † iſti milites, *Ioannitæ* dicti ſunt, & hoſpitalarii 11
Hieroſolymitani, ab hoſpitali, vt dixi, Diui Ioannis, equites
Rhodienſes, eo quod illam poſſiderent inſulam, & infidelium
debilitarent vires, inibi eis obſiſtentes, ſedemque potiorem ha-
bentes & propugnaculum præcipuum. ¶ Dicunt † autem qui- 12
dam Clementem V. ſumm. pont. illis Rhodienſem inſulam aſſi-
gnaſſe, poſtquam illi Turcæ eripuiſſent anno domini 1308. alii
Gothfridum Hieroſolymorum regem. Cœperunt tamen Mal-
tenſes ſeu Miletenſes dici, ab inſula in quam ſe receperunt, poſt-
quam Soleimanus duodecimus Ottomanæ familiæ tyrannus,
cum Agarenorum ingenti vi, poſt ſemeſtrem obſidionem die
natiuitatis domini & anno 1522. illis Rhodon ademit, capto pri-
us Taurunovulgo Belgradu oppido, apud Pannonios & ſitu &
opere validiſſimo vt ſcribit F. Thomas Guichardus Rhodius, in
oratione, quam de ea expugnatione apud Clementem ſepti-
mum ſummum pontif. habuit. ¶ Martinus † Chromerus in hi- 13
ſtoria Polonorum *paſſim & poſſimum lib.* 11. cruciferos abſolute
vocat: & de illis ſæpe meminit, tanquam de infidis & crudelibus
in Polonos & alios. Eoſque arguit, quod decimas ex ſuis aratio-
nibus in Pomeria & alibi vſurparent, contra iura ſacerdotum.

## De aliis Cruciferis militibus, & piis equitum ſocietatibus. Cap. 35.

1. 2. 3 *Teutonicorum militum ordo quis, & vnde.*
2 *Milites Teutonici Deiparæ virginis Mariæ cur dicti.*
3 *Henricus a Vualpot primus magiſter ordinis Teutonicorum.*
*Saladinus quando Chriſtianis ademit Hieroſolymam, eod.*
4 *Militum Teutonici ordinis magiſtri.*

5 Ten-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

5 *Theutonicorum ordo in Pruſia quando ſublatus, & quare.*
6 *Milites cruce ſignati Liuoniæ.*
7 *Militum nobilium de Calatraua Hiſpaniæ ordo a quo inſtitutus, & finis, & 10.*
8 *Militum ordo ſancti Iacobi in Hiſpania quando inſtitutus.*
*D. Iacobus pugnans contra Sarracenos apparuit, eodem. & 9.*
9 *Militum ordo ſancti Iacobi de Spatha in Hiſpania quando cœpit.*
*Miramolinus Arabum rex ingenti clade a paucis victus. eod.*
*Tholoſa. eod.*
10 *Militum ordo de la Banda Hiſpaniæ.*
11 *Militum ſacrorum nouus ordo a Ioan. XXII. in Portugalia.*
12 *Militum Galliæ equeſtres ordines, ſtellæ, ſancti Michaelis, ſancti ſpiritus quando inſtituti.*
13 *Ordo equeſtris velleris aurei Burgundiæ, Annuntiationis Beatæ Mariæ Allobrogum quando.*
14 *Milites cruce ſignati fratres.*

1 ALius † ſacræ militiæ ordo Theutonicorum, cuius initia ab
homine quodam Theutonico manarunt, qui poſt Hiero-
ſolymam receptam a Chriſtianis vna cum pluribus ſuæ gentis
remanſit in eadem cum vxore, & domum ſuam hoſpitale eſſe
voluit ſuis, qui viſendi ſepulcri ſancti cauſſa eo peregrinarentur:
atq; ibidem diuæ virginis Mariæ ſacellum adiunxit. ¶ Vnde Dei-
2 paræ † virginis milites vocati ſunt. Et creſcente numero eorum
qui ſe huic pio miniſterio deuouiſſent, cooptatus magiſter qui
præeſſet, amictiq; ſunt albo pallio cum alba cruce, & in ordinem
tantum milites admiſſi, *Paul. AEmil. in 5. hiſtoria Franc.* ¶ Mun-
3 ſterus tradit † Heinrichum a Vualpot primum fuiſſe magiſtrum
Theutonicorum dominorum, anno 1190 Hieroſolymis, quod
non patitur hiſtoriæ veritas, cum eo tempore a Saladino occu-
paretur Hieroſolyma, ademta Chriſtianis & capta cum ſuo rege
ab eo anno 1186. cum fuiſſet a Chriſtianis per 88. annos poſſeſſa,
*AEmil. lib. 5. Sebaſtia. Brant. Blondus, 6. Dec. 2.* Minus quoque pla-
cet, quod Volaterranus tradit anno 1192. pro liberanda Hieroſo-
lyma primum conſcriptos Theutonicos, & quod ait 21. li. Theu-
tonicorum ordinem inſtitutum in terra ſancta a quodam Ger-
mano, quod reiiciunt aliqui in annum 1333. quo tempore Pruſi-
am Turca Græcis ademit. Proinde vt concilientur hiſtoriæ tem-
pora, ſequor hic Henrichum Pantaleonem *in Proſopographia ſeu
parte 2. de viris illuſtrib. Germaniæ in Heinricho a Vualpot*, qui hu-
ius Heinrichi a Vualpot vitam deſcribit, & poſtea refert magi-
ſtrorum Theutonici ordinis ſeriem, & annos quibus eo magi-
ſterio functi ſunt. Atque cum illo dico, antequam a Saladino ca-
peretur Hieroſolyma, eum Heinrichum a Vualpot, inter Chri-
ſtianos in ea ciuitate hoſpitali [illegible] peregrinorum domum ſuam
dedicaſſe & ad eum nobiles Germanos voto facto ſe omni tem-
pore contra impios pugnaturos conuolaſſe, poſtquam intelle-
xiſſent vires Chriſtianorum exiguas & deiectas fere. Capta au-
tem Hieroſolyma ſuum collegium & hoſpitale ſanctæ Mariæ
Anconam, quæ & Ptolomais dicitur, tranſtulit: atq; eam vrbem
fortiter contra Sarracenos defendit, ann. domini 1190. Et effecit,
vt multi principes & nobiles e Germania ſua bona huic ordini
conferrent, & ad eos profecti eum ordinem amplecterentur.
4 ¶ Sic † cum in Germania plures arces & ædes haberent Theu-
tonici ordinis milites, & magiſtros quoq; plures, vt hoſpitalarii
5 conſtituerunt. ¶ Deſierunt † autem eſſe milites Theutonici in
Pruſia, quo tempore Albertus Marchio Brandeburgenſis ex
magiſtro conſtitutus eſt Dux Pruſiæ, atq; a rege Poloniæ Sigiſ-
mundo in feudum accepit Pruſiam, anno domini 1527. *Henrich.
Pantaleon, in proxime citato loco, & 3. parte de viris illuſtribus, in Al-
berto 1. duce Pruſiæ & Sleidanus.*
6 ¶ In † Liuonia ſunt ſodales ſeu fratres militiam Chriſti pro-
feſſi, qui rubrum enſem cum cruce pallio inſutum deferunt,
*Mart Chromerus lib. 7. de reb. Polonicis.*
7 ¶ Sanctius † eius nominis tertius, rex Hiſpaniarum Legionis
& Caſtellæ, cognomento Deſideratus filius Alphonſi VIII filii
Raymundi Berenguarii comitis Tholoſani, inſtituit militum ſa-
crorum ordinem de Calatraua in prouincia Tholetana, in loco
& prouincia Calatrauæ, vbi cœnobium templariorum fuerat,
8 *Franciſc. Tarapha, li. de regib. Hiſpan. in Sanctio. 3* ¶ Dieghus † Va-
lera ordinem militiæ diui Iacobi inſtitutum ait in Hiſpania, an-
no domini 826. quo Ranimirus primus eius nominis Hiſpaniæ
rex, vicit manu exigua ingentes Sarracenorum copias ope Dei,
& auxilio Beati Iacobi, qui viſus eſt in eo prælio equo candido,
vexillo niueo & in eo cruce rubea conſpicuus & pugnans, *Fran-
ciſc. Tarapha, de regibus Hiſpaniæ, in Raymiro, Ioan. Vaſſæus in an-
nalib. Hiſpaniæ anno 826.* Huic ordini & magiſter & commenda-
tarii conſtituti. Et ad hoc tempus refert inſtitutionem quoque
Ioannes Vaſſæus, *vbi ſupra*, quanquam F. Alphonſus Venetus
huius principium referat ad annum domini 1160. Et Raphael
Volaterranus, *Deca. 1. lib. cap. 9.* & Nebriſſenſis, Franciſcus Tara-
pha ſcribit *de regibus Hiſpaniæ, in Alphon. 9. & in Genealogia re-
gum Hiſpaniæ*, Alphonſum † nonum Hiſpaniæ regem ordinem 9
militum ſancti Iacobi de Spatha inſtituiſſe, quorum inſigne eſt
gladius ſanguinolentus, eo quod die quo prælio rex Alphonſus
Maurorum regem Miramolinum ſuperauit in quodam loco,
quem Tholoſę Nauas appellant, in quo ducenta millia Arabum
ferunt cecidiſſe, & ex quo triumphum Petrus rex Aragonum re-
tulit, crux in cœlo apparuit, & D. Iacobus Apoſtolus equo can-
dido vectus auxiliator Chriſtianorum, gladium geſtans ſangui-
ne Maurorum cruentatum. ¶ Subinde † Alphonſus alius Hi- 10
ſpaniæ rex eius nominis vndecimus, cum feliciter aduerſus Al-
moacenum & Hynzephinum Bellamarini & Granatæ reges di-
micaſſet, oppido Alcala, quod regale vocant, Calatrauæ magi-
ſtrum leuibus de cauſſis delatum interfici iuſſit, & ordinem mi-
litum de la Banda apud ciuitatem Burgenſem inſtituit anno
1308. *Franciſc. Tarapha, vbi ſup. in Alphon. 11.* ¶ Eodem † tempore 11
Ioannes ſecundus ſummus pontifex ordinem nouum militiæ
Chriſti inſtituit, qui militare ſub Chriſto dicerentur in Luſita-
nia, & Sarracenis reſiſterent, Bœticam & Aphricam incolenti-
bus. Cuius militiæ præfectus in Marino Syluenſis diœceſis op-
pido ſedem habet principalem, & cuius militibus omnia bona
Templariorum annuente rege Portugaliæ conceſſa ſunt. Cuius
ordinis cenſor & moderator eſt abbas Archohaſiani monaſterii
Ciſterſienſis ordinis, Vlyſſiponenſis diœceſeos, qui conſcriben-
di & exauctorandi milites poteſtatem habet, *idem Tarapha in
Alphonſo 11.* ¶ Fuerunt † in Gallia inſtituti equeſtres ordines, v- 12
nus ſtellæ inſtitutus apud ſanctum Ouenium anno 1351. per Io-
annem regem Galliarum, vt ſcribit in annalibus Froiſſardus:
ſubinde inſtitutus ordo ſancti Michaelis cum torque aureo, qui
ordo inſtitutus eſt a Ludouico XI. rege Gallorum anno domini
1469. Et anno 1579. calendis Ianuarii ordo ſancti ſpiritus, ab
Henricho tertio rege noſtro & Poloniæ.

¶ In † Burgundia, Philippus Burgundiæ rex anno 1429. ordi- 13
nem equitum aurei velleris inſtituit: vt in annalibus ſcribit Mō-
ſtreletus Amatus S. nomine comes viridis dictus, Allobrogum
dux, ordinem equitum inſtituit, cuius inſigne imago annuntia-
tionis, ſeu ſalutationis virginis Mariæ Domini noſtri Ieſu Chri-
ſti genitricis, vt in hiſtoria legitur Sabaudiæ.

¶ Fuit † & in Anglia ordo alius. Veruntamen iſti ordines po- 14
ſtremi non fuerunt ſacrorum militum, nec ea ratione inſtituti,
vt ſe Deo & religioni ſolum tutandæ deuouerent, vt prædicti ſa-
cri milites: quibus & accedere poſſent, qui cruce aliquando ſe ſi-
gnarunt, in auxilium Chriſtianorum in Syriam & Hieroſoly-
mam profecti cum Gotefrido & aliis ducibus præclariſſimis.
Qui & milites ſacri primum, poſtea fratres ſe appellabant, vt au-
ctor Paulus Æmylius *lib. 4. hiſtor.* Sed horum nullum habemus
regula certa definitum ordinem, vel votum aliud, quam mili-
tandi pro fide Chriſtiana. Vnde illos non inſerimus inter ſacros
militares equitum ordines.

## De habentibus Manualia beneficia. Cap. 36.

1 *Beneficia manualia non proprie beneficia, quia amouibilia & regularia.*
2 *Abbas S. Sulpitii Biturigum triennalis.*
3 *Abbatiæ & prioratus monialium triennales.*
*Beneficium manuale quomodo adimi a ſuperiore poteſt poſſeſſori: & remedium ſi adimatur ſine cauſſa, eod.*
4 *Beneficia manualia quomodo fiant perpetua.*

QVædam perſonę regulares, vel quæ regularibus accedunt,
titulo quodam ſæpe nominantur, quæ ſacerdotiorum, &
eccleſiaſticarum perſonarum appellationem referunt. Imitan-
tur † etenim nomen & naturam quodammodo beneficiato- 1
rum, qui manualia, vt appellant beneficia habent, quæ tamen
proprie beneficia non ſunt, *gloſſ. in verbo, conſuetudinem, in c. vni.
de capel. monacho. in 6.* quia præfecti his beneficiis poſſunt amo-
ueri ad nutum abbatis vel prioris. Sunt enim huiuſmodi benefi-
cia manuaria regularia, non ſecularia: qualia in ordine humilia-
torum, & præmonſtratentium ex conſuetudine eſſe tradit Io-
annes Andreas *in addi. ad d. glo.*

2 ¶ Et Rebuffus ſcribit *in tract. de pacifi. poſſeſ. nu. 273.* abbatem ſancti Sulpitii apud Bituri. enſes triennalem eſſe, & ſingulis tri-
3 enniis eligi. ¶ Atq; † in comitiis Aureliacenſibus placuit, vt poſthac abbatiſſæ & priores eſſent adueniente va. atione triennales, ex electione Veſtalium, *Aux. ordonanZ. des trois eſtatZ d'Orleans, art. 3.* Sancit & Innocentius tertius *in c. cum ad monaſterium, c. 6. §. tales, de ſtat. mona. lib. 3. Decret. tit. 35.* ne alicui monachorum committatur obedientia perpetuo poſſidenda, tanquam ſibi in ſuam vitam locetur: ſed cum oportuerit amoueri, ſine contradictione qualibet reuocetur. Explicat Clemens quintus ex concilio Viennenſi *in c. vnic. de ſupplen. negli. prælat. lib. 1. Clement. tit. 5.* dum ait, priores & adminiſtratores beneficiorum, quæ ſunt de menſa abbatis vel monaſterii, poſſe libere ad clauſtrum cum oportuerit reuocari. Quod intelligendum eſt de beneficiis, quorum adminiſtrationes conferuntur abbatibus, non quando per electionem ad ea vocantur. Priores enim manualia habere beneficia, & ad nutum priuari poſſe dicuntur iure: alii nequaquam, *ca. 2 de ſtat. monac. ap. Grego. late de Selua, in tract. benefic. part. 3. q. 68.* qui titularii ſunt, nec aliorum more ad regimen tantum eccleſiarum vel prioratuum dicuntur, *in ca. 1. §. in eos autem, de priuil. in 6. lib. 5. tit. 7.* Obſeruandum itaq; eſt in hac quæſtione, poſſe beneficium vel prioratum regulare eſſe adminiſtrationis cauſſa tantum concedendum: vel naturam habere perpetui beneficii. Et in primo caſu amoueri poſſe ab abbate præfectum, videlicet ſi iuſta amotionis adſit cauſſa: aliter enim poſſet monachus a beneficio manuali ſine cauſſa amotus, implorare ſuperioris abbatis auxilium, vt poſt Innocentium *in ca. inſinuante, qui cler. vel vouent.* & Decium *in c. ad noſtram, circa fin. de confir. vti.* & Ioannem de Selua *in d. tracta. benef. & d. q.* notauit obſeruari in Gallia Rebuffus *in d. tract. pacific. poſſe. nu. 275. & 281.*

4 ¶ Sed † & fit hoc irreuocabile beneficium proculdubio, quando poſt conceſſionem abbatis confirmatur poſſeſſor ex certa ſcientia, & expreſſa qualitate per ſummum pontificem, vt annotant Imola & Panormitan. *in c. niſi eſſent, de præbend. & in ca. cum inter, de electio.* & Rebuffus *in d. tract. nu. 279.* Quod ſi perpetui beneficii naturam habeat prioratus, beneficium illud præſentis non eſt tractationis, nec amoueri præfectus per abbatem poterit: conceſſio enim facta cenſetur cum ſua qualitate, *Clem. vnic. de ſupplen. negli. prælator. in Clem. c. vni. de capel. monac. in 6.*

## De Vicariis temporalibus, officiali, & aliis, Cap. 37.

1 *Vicarius temporalis quis.*
2 *Officialis vicarius eſt epiſcopi, & vt ſit eccleſiaſtica perſona.*
3 *Vicarius epiſcopi in ſpiritualibus.*
4 *Officiales ordinarii, & foranei epiſcopi qui.*
5 *Officiales ordinarii epiſcopi perpetui ſunt, nec deſtituuntur ab epiſcopo.*

1 VIcarii † temporales quidem beneficium regunt, ſed ideo beneficiarii non ſunt: nam non ſibi, ſed alteri poſſident. De hoc, & de vicario perpetuo paulo ante dictum eſt, dum ageremus de plebanis ſeu parochis. De vicario autem epiſcopi generali, & paulo poſt dicemus cap. 41. Et rurſum pau. a de officiali.
2 ¶ Dicitur † & officialis vicarius epiſcopi, habens iuriſdictionem. Hic ex clericis, non ex laicis conſtitui debet, *ca. in noua, 16. q. 7.* & locum epiſcopi tenet vel repræſentat: vnde & in eius ſede eo abſente in actibus, in quibus epiſcopi intereſt, præſidet, *can. fi. 93. diſtin.* Et quia vices gerit epiſcopi officialis in iuriſdictione eccleſiaſtica diſtribuenda, di. itur vicarius, *c. 1. de offi. vica. in 6.*

3 ¶ Sicuti † & is, qui abſente epiſcopo in beneficiorum collatione munus illud pro epiſcopo exſequitur, dicitur vicarius in ſpiritualibus, vel vicarius generalis, *cap. final. eod.* Qui ſi non diſtinguatur ab officiali, & offi. ialis recte dicetur is vicarius: quia & offi. ialis dicitur, nomine epiſcopi conferre beneficia, *cap. ex frequentibus, de inſtitutio. ap. Greg.*

4 ¶ Porro † offi. iales in duplici ſunt differentia: nam alii faciunt eandem ſedem cum epiſcopo, & ſunt iudices ordinarii: alii delegati ad certas cauſſas, & in certa regione d. œceſeos, qui dicuntur foranei, a quibus appellatur, vt a delegatis ad delegantem epiſcopum: cum ab ordinariis nequaquam ad epiſcopum, ſed ad archiepiſcopum fiat prouocatio, *clem. 2. iuncta gloſſ. de reſcript. in clem. cap. 1. de offic. ordinar. in 6.* Foranei vt plerumque etiam temporales, alii perpetui, id eſt, quamdiu viuunt, *l. 1. in P. pro ſoc.*

5 ¶ Quamuis † enim ad nutum fiant ab epiſcopo, tamen facti nec ab eo, nec a ſuccedente in epiſcopatu amoueri ab officio poſſunt, niſi mors vel delictum interueniat: etſi ad beneplacitum fiant, vt notat Oldradus *conſil. 4.* Iaſon, *§. ſed iſtæ, 6. col. de actio.* Alexander, *conſil. 216. incip. magiſter, col. fin. lib. 7.* Ludouicus Gomes *ad reg. cancel. de non toll. iure quaſi. q. 4.* Decet enim beneficium perpetuo manere, *l. iuriſperitos, de excuſa. tutor.*

## De Commendatariis. Cap. 38.

1 *Commendatarii vere non ſunt beneficiarii.*
2 *Commendatarii iure regaliæ qui.*
3 *Regaliæ ius regi ex duplici cauſſa competit.*
4 *Eccleſia tantum ex facultate principis bona poſſidet.*
5 *Manus mortuæ quæ collegia dicantur, & quare.*
6 *Bona immobilia quare manus mortuæ non poſſideant ſine gratia.*
7 *Regaliæ iure quando, & quandiu fructus eccleſiarum capiat rex.*
8 *Regaliæ ius durat, donec præſtetur fides regi a prælato.*
*Collatio beneficiorum iure regaliæ, eod.*
9 *Epiſcopi probandi a principe.*
10 *Vacantium eccleſiarum annui fructus a quo regi Gallorum conceſſi.*
*S. Ludouicus a Bonifacio in numerum ſanctorum relatus, eod.*
11 *Philippus rex a Bonifacio excõmunicatus, abſolutus a Benedicto.*
*Philippo regnum ademtum, & reſtitutum, eod.*
12 *Collationes iure regaliæ a quo tempore competant regibus Galliæ.*
13 *Electio & nominatio ad prælaturas, ſolius regis Gallorum.*
14 *Spiritualis & temporalis poteſtas quando ſimul laicis conceſſa fuit.*
15 *Beneficiorum vacantiæ annales conceſſæ reuocatæ.*
16 *Vacantiæ commendatariorum annuæ militum hoſpitalariorum.*
17 *Philippus Imperator bona eccleſiæ baronibus conceſſit.*
*Bona eccleſiæ tyrannice diſtrahuntur, eod.*

QVi † in commendam habet temporale beneficium ab epi- 1
ſcopo, cum vltra ſex menſes non poſſit commendari, *c. nemo deinceps, c. 15. de elect. in 6.* non dicitur beneficiarius: quia nec perpetuo, nec ſibi, nec alii poſſidet, *Rota, in deciſ. 244. in antiquis.* Nihil enim aliud eſt commendare, quam deponere, *l. commendare, de ver. ſig. l. Lucius, de poſ. in P. c. 1. eo tit. ap. Greg. can. ne quis arbitretur, 22 q. 2.* Is autem qui deponit, remanet potius dominus, quam is cui res committitur *l. rei commodatæ 8. commod. P.* Et Vlpianus *in l. ex facto, 35. §. rerum autem Italicarum, de hered. inſtitu. lib. 28. P. tit. 5.* non alias res alicuius loci vel perſonæ cenſuit, quam ſi quis perpetuo ibi habuerit atque ita depoſuerit, vt per-
petuo haberet. ¶ Non † ſunt etiam inter beneficiatos annume- 2
randi, qui iure regaliæ ſub cuſtodia habent beneficia eccleſiaſtica, vel qui collationem eorum a laicis nacti ſunt, vt monuit Molinæus *in reg. de infir. renunciantib. nume. 186.*

¶ Sunt † autem regaliæ beneficiorum in duplici differentia: 3
nam ius regale, vel ratione bonorum immobilium temporalium regi competit, vel ratione iuris ſpiritualis. Ratione bonorum, quia epiſcopatus & prælaturæ ſiue cathedrales eccleſiæ fere omnes in Gallia habent bona temporalia a principe in feu-
dum. ¶ Non † enim licet collegialibus eccleſiis in Gallia, bona 4
habere immobilia quin facultas a principe concedatur, *AEgidi. Magiſter in tract. des amortiſſemens, nos in Feudis plura* quæ dicitur diſpenſatio. communi autem idiomate *amortiſſamentum*, vel *ius
morticinii.* ¶ Siquidem † manus mortuæ dicuntur, eccleſiæ, col- 5
legia, capitula vniuerſitates: quia in eodem ſtatu permanent, veluti mortui ſi. n, expertes omnis viciſſitudinis, iſtius ſaltem ſeculi. Siue enim lignum ceciderit ad auſtrum, ſiue ad aquilonem, ibi ardebit. Cum tamen viuentes multis & pene infinitis mutationibus & alterationibus ſint obnoxii, vtpote ſub perpetuo motu degentes, *§. vt autem lex, de non ali. reb. eccleſ.* variiſque acti voluntatibus, *l. quia poterat, ad ſenatuſconſ. Trebelli. in P.* Et quia collegia, capitula, eccleſiæ ſemper per ſubrogationem perſonarum, ſtatum eundem habent. Sicuti ſedes iudicialis, quanquam moriatur iudex, habet idem iudicium: etſi alius in defuncti locum ſubſtituatur, *l. proponebatur, de iudi.* Bona itaque, quæ ab illis tenentur & poſſidentur, veluti mortua dicuntur: quia mutare ſtatum non poſſunt: præſertim cum alienari iure communi nequeant. *l. iubemus nulli, 14. §. ſcientes, in fine. & §. ſane, in fine, de ſa-
croſ. eccleſ. C. tit. de reb. eccleſ. non alie. in auth.* ¶ Quamobrem † ne- 6
que poſſideri bona temporalia poſſe ab iiſdem iure communi placet potiſſimum ab eccleſiaſticis, collegiis & eccleſiis, aliiſque ſimili-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

ſimilibus perſonis. Cum enim immunes *c. aduerſus, c. 7. de immu.*
*eccleſ. lib. 3 Decret. tit. 49. l. placet 5. de ſacroſanct. eccleſ. C. cum ſi-*
*milibus*, illæ ſint ab omnibus fere exactionibus, & indictio-
nibus, a ſecularibus principibus neceſſario rebus pro negotiis
vrgentibus reipublicæ imponendis, fieret vt cum immunitate
illa perpetua reſpublica detrimentum maximum pateretur, e-
neruatis reditibus per illam detentionem: vt neque laudemia a
dominis directis eorum bonorum, neque renouationes feudo-
rum in bonis mobilibus, quæ quintum & rei requintum dicun-
tur, amplius penderentur, rebus in eodem ſtatu manentibus,
qui tamen mutatur, quando ad alios ſingulares poſſeſſores per-
ueniunt. Hi enim, vel moriuntur, vel diſtrahunt: vnde & iura
clientelaris prædii & feudorum, res ipſæ & iura ſępius ad domi-
nos recurrunt. Vt nullo modo fieri poſſe videatur ex parte na-
turæ rerum, & perſonarum eccleſiaſticarum habita conſidera-
tione, res ab illis poſſideri, qui emori non poſſunt: præcipue, ſi
de eccleſiaſticis agatur. Cum iure legis Moſeos, *Deuteronom. ca.*
12. non potuerit Leui ſtirps habere partem aut poſſeſſionē cum
fratribus ſuis: quod ipſe dominus poſſeſſio eius eſſet. Quod &
initio & naſcente eccleſia Chriſtiani ſecuti ſunt, donec ex per-
miſſione Conſtantini Magni licuit, *can. futuram. & ca. videntes,*
12. *quæſt.* 1. vti & nunc diſpenſat rex in feudis. Quorum origo
prima ab eo eſt, vt teneant impetrato iure morticinii. Ius au-
tem morticinii eſt, valor, æſtimatiove tertiæ partis totius rei, in
qua ius feudi exſtingui poſtulatur, vt cautum eſt conſtitutione
Caroli, ann. 1402. menſe Octobri. Quamuis hodie in parte
luenda, alia ſit pro nutu principum taxatio, *Ægidius Magiſter,*
*tract. des amortiſſemens, cap. 3.* inquiſitione tamē facta præceden-
ti cenſus, & qualitatis & quantitatis rei, & facta conceſſionis in
camera computorum deſcriptione. Quibus obſeruatis habent
ex iure illo morticinii collegia vel eccleſiæ in poſterum ius poſ-
ſidendi in perpetuum, nec teneantur e ſuo mancipio ablegare,
ſi nolint, *in cōſtitutio. regia. declaration ſur les amortiſſemens.* ¶ Ce-
7 terum † quando vacat paſtore eccleſia epiſcopalis, vel archiepi-
ſcopalis, quæ patitur hoc ius regaliæ, interim rex fructus capit,
veluti iure feudi conceſſi, & ratione cuſtodiæ *c. generali, de elect.*
8 *in 6.* quandiu vacauerit. ¶ Et notat † Aufrerius poſt ſtylum par-
lamenti, *tit. de quibus cauſ. curia parlamen. cognoſ. conſuet.* benefi-
cium in regalia, vacante ſede epiſcopi vel archiepiſcopi, qui ha-
bent ius collationis, etiamſi epiſcopus vel archiepiſcopus ſit ele-
ctus vel confirmatus, aut miſſus in poſſeſſionem eccleſiæ & col-
lationis beneficiorum, donec ipſius prælati perſona fuerit rece-
pta in fidem & hominium regis. Medioque tempore, & ante fi-
dem præſtitam, & vacare prælaturæ beneficia in regalia, & iure
regaliæ conferri a rege.

9 ¶ Exigit † ius regni, vt epiſcopi a noſtro principe approben-
tur, quod conforme iuri pontificio, *c. Reatina, 63. diſtin.* Sic enim
in epiſtola quadam ad Lotharium primum imperatorem ſcri-
pſit Leo IIII. ſum. pont. Atque in ſynodo definitum eſt genera-
li, *c. Hadrian. 63. diſt.* ob beneficia conceſſa in ſedem apoſtolicam
per Carolum Magnum, vt ab eo rege epiſcopi & archiepiſcopi
per ſingulas prouincias inueſtituram acciperent, neve niſi a re-
ge laudatus & inueſtitus epiſcopus a quoquam cōſecretur. Quę
proculdubio ratione bonorum temporalium intelligenda ſunt:
nam inueſtitura alioquin eccleſiaſtica nihil operatur, ſi a laico
concedatur, vt epiſcopus, vel alia eccleſiaſtica perſona poteſtate
ſua conferendi beneficia, vel exercendi diuina officia fungatur,
*can. 1. c. quoniā inueſtituras, 16. q. 7.* Statutumq; eſt iure commu-
ni, neminem ob fundationem beneficii, quicquam aliud præter
honorem communem omnibus Chriſtianis in eccleſia retinere
10 ſibi poſſe *c. piæ mentis, ead. quæſt.* ¶ Neque † etiam in conceſſio-
ne Hadriani, & Leonis 4 regibus Gallicis factum eſt, ius acci-
piendi annuos fructus vacantium eccleſiarum, in quo maxime
quidam labuntur: ſed poſtea conceſſa eſt illis hæc ſingularis po-
teſtas a Bonifacio 8 pont. ſum. qui quidem Philippo Pulcro &
eius ſucceſſori conceſſit, poſtquam eius patrem S. Ludouicum
in numerum & album ſanctorum retulit, priuilegiū vacantium
eccleſiarum & prouentuū earum anni vnius exigendi: præter-
quam earum, quas cathedrales & monaſticas dicimus, vt ait Ga-
guinus *lib. 7. in Philip. Pulcro.* Atque Polydorus Virgilius ſcri-
ptum reliquit, *libr. 17. in Anglia.* circiter annum 1294. in Anglia
ſub Bonifacio 8. concilium Londini celebratum cōtra Iudæos,
in quo & ſtatutum ſit: nemini hominum, amplius licere prædia
dare collegiis & ſodalitiis monachorum: nec ſacerdotibus aut
monachis emere poſſeſſiones aliquas, niſi permiſſu regis.

¶ Niſus † tamen eſt, idem Bonifacius 8. paulo poſt adimere 11
hoc ius Philippo, & regnum ipſum quod detulit cuidam Alber-
tō Imperatori in conuentu generali, vt ſcribit Gaguinus, *in vita*
*Phili. Pulcri.* K antius *lib. 8. c. 36.* & Platina *in vita Bonifa. 8.* Ex-
communicato Philippo, prætextu quod ſacrum bellum in Aga-
renos inſtitueret. Cuius tamen conſilium in hoc diſſoluit Bene-
dictus II. pontifex, ſucceſſor in ſedem Bonifacio: & abſoluit a
cenſura regem, iuſſitque Galliam regi ſuo parere, vt ait Blondus,
*9. Decad. 2.* & Platina *in Bened. 11.* Quanquam Philippus ipſe,
conſtitutionibus ſuis editis, anno 1334. & 1346 repetat ab an-
tiquo ſibi ius eſſe regaliæ, & ante conceſſionem Bonifacii 8.
competens regiæ dignitati ob honorem ſingularem coronæ
Galliarū. ¶ Quo † poſſint reges Gallię iure regaliæ ex priſca poſ- 12
ſeſſione cōcedere præbendas & beneficia vacantia iure & facto,
vel ipſo iure tantum. Sicuti & olim vſos eſſe hoc iure regaliæ
reges Angliæ faciunt quædam fidem, *Ægidius Magiſt. in deciſ.*
*in tracta. regalio. cap. 1.* Referunt alii itaque conceſſionem huius
priuilegii ad concilium Aureliacenſe habitum ſub Clodoueo, in
quo conceſſa regi electio & nominatio prælatorum in remune-
rationē victoriæ a Clodoueo in Viſigotos, fuſo Alarico eorum
rege. Alii ad Caroli Magni, & Caroli Calui beneficia in ſedem
Apoſtolicā, & ob fuſos Arrianos referunt, vnde priuilegia mul-
ta illis irrogata, vt notant Arnulphus Ruſeus, & Philippus Pro-
bus, *ambo in tract. regalium.*

¶ Ius † etiam conſentiendi in electionem epiſcoporum, & 13
regibus aliis Hiſpaniæ, & Galliæ, item imperatoribus conceſ-
ſum, vt conſtat ex concilio Toletano, *can. cum longe 63. diſtinct.*
nunquam tamen electionem ipſam & nominationem præla-
torum alii, quam imperatori Gallico, & eius ſucceſſoribus da-
tam inuenio. *cap. in ſynodo, ead. diſtinct.* Quamobrem ſi Impera-
tor alius, quā ex hac progenie velit hoc iure vti, ea ratione quod
Carolus fuerit Imperator, cui conceſſum eſt priuilegium, id iu-
re Gallico vſurpabit, nō proprio, ratione imperii: quia huic tan-
quam Imperator renuntiauit Otho Magnus, ſiue primus, Ioan-
ni 2. ſum. pontifici, *can. tibi domino, ead. diſtinct.* Et Ludouicus
primus, *can. ego Ludouicus 63. diſtinct.* renuntiauit electioni ſum-
mi pontificis Paſcali primo, vt nec hodie Galliarum rex eligat
ſummum pontificem remiſſo illo iure, ceteris iuribus & in alios
epiſcopos conceſſis non eiuratis, quæ inter regalia hæc recte an-
numerantur.

¶ Errat † autem valde Ioannes Petrus de Ferrariis, *in pract. in* 14
*for. libel. quo agitur, de ſubſtitutione, in exemplari ad ver. ex ſuo cor-*
*pore & legitimo matrimonio natus*, dum ait: *Scire debes, tu indocte*
*laice, quod imperium habuit aliquando, ſcilicet temporalem, & ſpiri-*
*tualem a domino poteſtatem: quia tunc imperatores conferebant o-*
*mnia beneficia eccleſiaſtica per vniuerſum orbem.* Nam hoc falſum
eſt, neque Innocētius, quem ipſe citat, vnquam in eo loco quem
ſignat *citat Innoc. in c. 2. de maio. & obed.* neque canon, Adrianus
63. diſtinct. quem adducit, hoc ait: quamuis non diffitear ante
aduentum Meſſiæ, ante ſtabilitum regnum, Moſem vtramque
poteſtatem habuiſſe, & Samuelem: verum, dum diſcretum ab
imperio ſacerdotium fuit, duo fuerunt gladii, & imperium ſuis
limitibus debuit eſſe contentum, *can. imperium 10. diſt. ca. per ve-*
*nerabilem, qui fil. ſint legit.* niſi quatenus ex priuilegio permiſſum
eſt vltra. Neque Ozias rex Iſraelis impune tulit, quod auſus fue-
rit munus ſacerdotale vſurpare, *2. Paralip. c. 26.* Et ita antiquata
ethnicorum obſeruatio, qua imperator inaugurabatur omnibus
ſacris, vt in poteſtate ſua haberet omnes religiones, ſcilicet ido-
lolatrorum, vt ait Dion Caſſius, *lib. 53. hiſtoriæ*, nam hoc Chri-
ſtianis imperatoribus nunquam permiſſum fuit abſolute. ¶ Fue-
runt † & aliis principibus & eccleſiaſticis vacantiæ annales be- 15
neficiorum conceſſæ ex priuilegio, quod tamen poſtea reuoca-
tum eſt, aut valde imminutum & merito, a Ioanne 22. *in extra-*
*uag. ſuſcepti. ne ſede vacan. in extraua. commu.* ¶ Habent † & hoc 16
ius in commendis ordinis vacantibus morte cōmendatarii, mi-
lites S. Ioannis Hieroſolymitani: nam mortuo commendatario,
vacantis commendæ fructus annui ærario communi acquirun-
tur, *vt habetur in eorum ſtatutis fere per totum tit. 4.*

¶ Neque † negauerim iure tyrannico aliquos præter priui- 17
legium, ſibi ius in eccleſiarum prædia vſurpaſſe: verum illud po-
tius iniuriæ & ſacrilegio adſcribendum, ſicuti nec inultum ab-
iit. Veluti apud Viſpergenſem abbatem legitur, *in Chronico,*
*pagina 31. & 32.* Philippum Imperatorem, qui ſucceſſit fratri
Henrico Sexto, cum deficerent pecuniæ, quibus ſtipendia
militibus præberet, primum cœpiſſe diſtrahere prædia, quæ

Federicus pater in Germania emerat, & cuilibet baroni prædia ruſticana & eccleſias ſibi contiguas obligaſſe, a quibus eccleſiæ demum fuerunt valde diuexatæ, & tandem excommunicatum ab Innocentio 3. gladio tyranni interemtum.

## De Officiariis eccleſiaſticis, & primum de Theſaurariis, ſeu Sacriſtis. Cap. 39.

1 *Officium eccleſiaſticum quomodo a beneficio diſtinguitur.*
2 *Officium cuſtodire portas paſcua, pecora, porcos, &c.*
3 *Sacriſta quis, ſacrarium quid.*
4 *Theſaurarius, theſauraria quid.*
Κειμηλιάρχης, & κειμηλιάρχιον *quid, eod.*
*Ciminile & cimilia quid, eod.*
5 *Gaza & gazophylacium quid.*
6 *Theſaurus fuit in templo Dei.*
7 *Cuſtos eccleſiæ quis, & eius munus.*
8 *Ignem fouendum perpetuo in eccleſia Dei inexſtinguibilem.*
9 *Ignis inexſtinguibilis fotus a veſtalibus, & quis auctor.*
*Ignis perpetuus ſacer apud quos ſeruatus, eod. & 10. 11.*
*Noachi vxor Tythea & Aretia ignem ſeruari docuit perpetuum, eodem.*
*Græci ab Aramæis plura mutuati nomina, eod.*
10 *Viduæ ignem perpetuum ſeruarunt Athenis.*

1 QVamuis † omne beneficium non niſi ratione officii detur, tamen non omne officium eccleſiaſticum beneficium habet, nec perpetuam ſolicitudinem. Et proinde alia quoque, ratione officii ſimpliciter eccleſiaſtici, diſtinctio perſonarum erit. Porro officiũ inuenitur, vel ratione rerũ profanarũ, quę eccleſiæ ſunt, vel ratione rerum ſacrarum, vel ratione iuriſdictionis, vel
2 ſacramentorũ: quando de his tractandis agitur. ¶ Ratione † rerum profanarum, vel pene profanarum, dici poſſunt quidã officium habere: nam & cuſtos portarum, paſcuorum, pratorũ, pecorum, & porcorum dicitur habere officium, vt notat gloſſa *in l. ne quis, §. officiorum, de dignitat. lib. 12. C.* quam ſingularem & vnicam exiſtimat Andreas Barbatia *in rub. de offic. & pot. iud. deleg.* Sunt & liberti ex familia eccleſiæ, officium pro neceſſitate eccleſiæ patronæ præbentes, *can. liberti, cum 4. ſeq. 12. quæſt. 8.*

¶ Sacris † rebus cuſtodiendis præpoſitus ſacriſta dicitur, qui
3 nutu & mandato archidiaconi *Gregor. 3. in c. eam te, c. 3. de offic. archid. lib. 1. Decret. tit. 23.* curam habet ſacrorum vaſorum, veſtimentorum eccleſiaſticorum, ſacri theſauri, & eorum quæ ad fouendum lumen exiguntur, ſcilicet olei & ceræ, vt placuit concilio Toletano, *in c. de offic ſacri. lib. 2. Decret. tit. 26.* Sacriſta a rerum ſacrarum nomine dictus: ſicuti ſacrarium, locus vbi ſacræ res reponuntur, etſi priuatus is ſit, vt ait Vlpianus, *in l. ſacra loca 9. de rer. diuiſ. in P.* ¶ Alibi † theſauraria, & præfectus theſaura-
4 rius dicitur, *can. perlectis 25. diſt.* Dicitur κειμηλιάρχης, qui ſacræ & pretioſæ ſupellectili, vel theſauro præeſt, & κειμηλιάρχιον, locus, vel theſauraria a Iuſtiniano *in l. fin. §. fin. de bon. auct. iud. poſſi. lib. 7. C. tit. 72.* Vocat Honorius 3. *c. cum inter, c. 29. de verb. ſigni. ap. Grego.* ciminile theſauri illius locum. Erant autem κειμήλια Græcis, mobilia bona recondita vel pretioſa: vt apud Homerum dicuntur κειμήλια, æs, aurum, ferrum reconditum, vel vaſa ex his facta, dum ait *Homer. Iliad. 6.*

Πολλὰ δ' ἐν ἀφνειοῦ πατρὸς κειμήλια κεῖται,
Χαλκός τε χρυσός τε πολύκμητός τε σίδηρος.

Meminit & ſæpe eius alibi, atque alii auctores Græci, & Gregorius 3. *in c. 3. de offic. archid.*

5 ¶ Dicerent † Perſæ gazan, voce per alios vſurpata populus, *Heſter. c. 3. c. Ezechiel, c. 25. c. actuum, c. 28. d.* & locum ex Perſico & Græco nomine gazophylacium, vt ſcribit Heſychius & Sui-
6 das. Et frequens eius mentio in ſacra pagina. ¶ Ex qua † & conſtat theſaurum fuiſſe perpetuo in templo Dei, variis & pretioſis muneribus, oblationibus, veſtibus, vaſis & pecuniis conflatum & conſeruatum: vt non poſſim iſtos hęreticulos ſatis demirari, qui oblatrantes donariis diuinis, quæ a probis hominib. Deo conſecrata, & eius miniſterio ſunt, improbare eccleſiæ opes audent, non alia ratione, quam Iudas domini ſceleſtiſſimus proditor, effutientes inſulſe, *vt quæ perditio hæc, Matth. 26. a. D. Mat. 14. a. potuit enim vnguentum hoc multo venundari, & dari pauperibus:* Non quod de pauperibus illis cura ſit, ſed quod ſibi malunt, quam Deo: & ſacrilegii ſui, quod quotidianis prædationib. exercent, prætexere, ſed ſtolide, nituntur excuſationes. Meminit de gazophylacio domini Neemias *c. 10. d. & c. 13. a.* & domini noſtri Ieſu Chriſti ſæpe ſacri amanuenſes, *D. Marci, c. 12. d. D. Luc. c. 21. a. D. Ioan c. 8. c.* Exſtat & decretum, *Ioſua, c. 6. c.* qui populum Iſraeliticum probe rexit in expugnatione Hierico latum: *Quicquid auri & argenti erit, & vaſorum æneorum, ac ferri, domino conſecretur, repoſitum in theſauris eius.* Meminerũt & frequenter de theſauro domus domini, libri Regum, *3. Reg. cap. 14. & 4. Reg. c. 14. & 15. & 24.* Meminit & de Leuiticis cuſtodibus vel præfectis ſacri theſauri & diuini liber Paralipomenon *1. cap. 9. d.* Legimus fuiſſe & inter theſauros Dei clypeos dono oblatos a Salomone, *Reg. 14. 2. Paral. c. 12.* Quos inuenit Seſac rex Ægypti & euexit. Addit Ioſephus *lib. 8. Antiq. ca. 10.* lanceas aureas, & ſagittas aureas, quas ſumtas a rege Sophone Dauid Deo dedicauerat. Erant & vaſa aurea, *4. Reg. c. 24.* & alia ſupellectila, quæ refert hiſtoria Machabęorum, *lib. 1. cap. 1.* Deponebantur & ſacræ veſtes in gazophylacio ſanctuarii, officio diuino peracto, vt conſtat ex prophetia Eſdræ, *ca. 44. verſ. 19.* Et hanc ipſam habendi theſauri conſuetudinẽ in templis ſuis ethnici imitati ſunt: multa enim diis ſuis vel melius Idolis ſuſpenderunt, ex manubiis hoſtium, ex victoriis, tum ex voto, tum ex largitione. A quibus omnibus, qui Dei numen aliquando olfecerant, nihil etiam inimico & hoſtili impetu cladis inferentes, delibabant. Et ſcribit Ioſephus Pompeium Magnum, poſt captum templum Hieroſolymorum, ſancte a duobus millibus talentorum in gazophylacio templi inuentorum abſtinuiſſe, *Ioſeph. lib. 14. c. 8.* Quod & alii in ſua religione fecerunt, ſacrilegorum diuinas & humanas pœnas veriti, & exemplo aliorum facti cautiores. At cum pœnas hodie contemnant impiiſſimi *ſacrilegi*, certe ſummopere hoc munus ſacriſtæ requiritur, cum archidiaconi cura: imo & maiori neceſſitudine addendus eſt cuſtos vtrique.

¶ Cuſtos eccleſiæ, † qui & miniſter ſacriſtæ eſt, *c. 1. de offic. cu* 7
*ſtod. & ibi glo. rubric.* & archidiacono obedit in pulſandis horis canonicis, in cuſtodienda perpetuo ſupellectili eccleſiæ, & in igne ſancto conſeruando, ne exſtinguatur. ¶ Non † ſecus, quam 8
& apud Iudæos ſacerdotes & Leuitæ ignem perpetuum conſeruabant, ne exſtingueretur ex iuſſu Dei, *Leuit. c. 6.* in ſymbolum Spiritus ſancti, vel diuinitatis indeficientis, vel ob caritatẽ quam perpetuo fouere debent præpoſiti ſacri antiſtites, qui nec diuinitatem alterius Dei, nec alienum a Deo quippiam fouere debent. Vnde & inuectio ignis alieni in Dei ſanctuarium, morte expiata fuit miniſtrorum in Leuitico. *Leuit. c. 10.* Habuitque hoc munus fouendi ignẽ ſacerdos Heli, quod tradidit Samueli poſtea, puero peruigili, dum ſenectute caligare eius cœperunt oculi, vt exſtinguentem vel defecturam lucernam non videret, *1. Reg.*
*c. 3.* ¶ Habebant † hoc munus apud ethnicos Romanos Veſtæ 9
virgines ignem perpetuo fouentes, quod innuit Virgilius, *dum ex perſona Hectoris.*

*Sic ait, & manibus vittas veſtamque potentem,*
*Æternumque adytis effert penetralibus ignem.*

Quod ad Numæ inſtitutum referunt Liuius *in 1.* Ouid. *6. Faſtor.* Dionyſius Halicar. *lib. 2.* Plutarchus *in vit. Numæ.* & alii. Quamuis Beroſus *lib. 3. de florat.* ſcribat, Vxorem Noachi Tytheam, Aretiam etiam dictam, quia mater omnium eſſet, vocatam Eſtam, id eſt, ignem, poſt mortẽ: eo quod ipſa regina ſacrorum fuerat, & puellas docuerat ſempiternum ignem ſacrorum inexſtinctum ſeruare. Non enim tantum apud Græcos Veſta, vel Eſta ignem ſignificat, ſed apud Aramæos, quos, quia Græciam incoluerunt antea, & barbara Græcis nomina reliquiſſe teſtatur Strabo *in Geograph. Græc.*

¶ Athenis † etiam ignis perpetuus in Prytaneo aſſeruabatur, 10
non quidem a virginibus, ſed a viduis, vt ait Plutarchus. ¶ Et
Strabo *lib. 9.* † Poliadis Mineruæ dixit templũ in ſaxo vetuſtum, 11
in quo eſſet lychnus inexſtinguibilis & virginum domus, id eſt, παρθένων. Seruabant & ignem Ægyptii, vt ait Diodorus Siculus. Item & perpetuus Delphis, & apud Perſas teſte Procopio *libr. 2. bell. Perſ.* Seruabant & in Pyreo Magi. Et in Cappadocia idipſum Magni Pyrethi factitarunt, *Strabo lib. 10.*

## De Oeconomo, & Vicedomino, Syndico, & aliis. Cap. 40.

1 *Oeconomi qui dicantur.*
2 *Oeconomus eccleſiæ ex quibus eligendus.*
3 *Vicedominus quis, & quomodo differat ab œconomo.*
4 *Syndicus quis.*

5 *Aduoca-*

5 *Aduocatus & procurator officium gerunt.*
6 *Cellariæ officium clauſtrale.*

1 SVnt † etiam œconomi vicedomini, ſyndici, procuratores,
cellarii, officiarii eccleſiaſtici. Oeconomi ſunt, quibus res ec-
cleſiæ gubernandæ mandantur, *leg. iubemus nulli 14. de ſacroſan.
eccleſ.* Domui tantum eccleſiaſticæ videtur hoc officium munus
præſtare: vnde & dicitur diſpenſator pauperum, œconomus ec-
cleſiæ, *leg. omnes qui 31. §. hoc nihilominus, de epiſcop. & cleric. C.*
2 ¶ Qui † eligitur ex numero clericorum adminiſtrandæ eccle-
ſiæ, non ex laicis, *can. iudicatum 89. diſtin. can. quoniam, can. no-
ua 16. quæſt. 7. c. edoceri, de præſcript.* vel aliis. Potiſſimum quan-
do de diſpenſatione rerum ſacrarum agitur: nam ſi de tempo-
ralibus tantum cura ſubeunda ſit, clericum eſſe non exigit neceſ-
ſario œconomum Speculator, *in 3. par. 1. par. Specul. tit. de œco-
nom. arg. can. in ſingulis 77. diſtinct.* Eſt enim nomen οἰκονόμου ge-
nerale, ad omnem diſpenſationem pertinens: ſicuti a diuo Pau-
lo *ad Roman. cap. fin.* ἔραστος οἰκονόμος τῆς πόλεως dicitur, quod
verſum eſt in antiqua lectione, *Eraſtus arcarius ciuitatis*, pro
quæſtore ærarii, vel procuratore, vel diſpenſatore. Et Θεοῦ οἰκονό-
μος ad Titium *cap. 1. Diſpenſator Dei.*
3 ¶ Huic † affinis, & vere ſimilis vicedominus officio, *can. volu-
mus, & 2. ſeq. 89 diſt.* niſi quod in epiſcopatu ſit vicedominus, *ca.
diaconum, ead. 89 diſtinct.* œconomus aliis in eccleſiis. ¶ Exhi-
4 bent † officium in litibus perſequendis eccleſiaſticis ſyndici: ſi
collegii ſacri res controuerſæ ſint, *c. 1. de ſyndic.* Sicuti & in cauſ-
ſis vniuerſitatis & eius nomine conſtituuntur, qui ſingulorum
de collegio, vt vniuerſorum proſequantur & defendant ius, *l. 1.
in princ. & §. quibus quod cuiuſque vniuerſ. nom. in P.* Ii agunt &
defendunt in iudicio, de quibus late Speculator, *in 3. par. 1. par.
Specu. tit. de actio ſyndi. & œcono.*
5 ¶ Exhibent † & officium in litibus etiam patroni cauſſarum,
& procuratores ad lites, & ad negotia: quorum exſtant titul. de
poſtulando & de procurator. in vtroque iure. Et de quibus Deo
fauente proprio loco in iudiciis agetur, dũ tractabitur de perſo-
6 nis, quæ pro actore & reo interueniũt. ¶ Inter † officia conuen-
tualia cõnumeratur cum ſacriſta, etiã eleemoſynaria, & cellaria,
*gl. in cle. 1. §. adhæc in ver. officiis de ſtat. monacho.* Cellarium no-
minant aliquæ eccleſiæ eũ, cui vini & tritici diſpenſatio eccleſiæ
committitur, de quo fit in iure mentio, *in cap. dilecto, de præben.
apud Gregor.* quia cellarium locus eſt, in quo conduntur & vnde
depromuntur ad victum neceſſaria, vt in D. Lucam 12. interpre-
tatur D. Hieronymus, *Conſiderate coruos, quibus nõ eſt cellarium,
vel horreum.* Et Plautus de cellario meminit, *in captiuis.*

*Sume, poſce, prome quiduis te facio cellarium.*

Inter leges Caroli Magni capitulares, habitas Aquiſgrani anno
789. Kal. Aprilis c. 6. ſic ſcribitur de cellariis monaſterii, vt non
auari mittantur, ſed quales regula præcipit.

## De Officiis quarundam perſonarum ratione iuriſ-dictionis, & earum appellationibus. Cap. 41.

1 *De officialibus Romanæ curiæ remiſſiue.*
2 *Officium pro iuriſdictione in quibus titulis iuris vſurpatur.*
3 *Officiales epiſcopi quotuplices in iuriſdictione, & de aliorum offi-
cialibus.*
4 *Vicarius epiſcopi quis, & maioris poteſtatis officialis, & de eius
poteſtate.*
5 *Inquiſitorum hæreſium officium.*

1 DE officialibus † Romanæ curiæ proprium tractatum edidit
Gomeſius. De illis quoque & Chaſſaneus tract. Catalogi
2 gloriæ mundi 4. par. conſid. 29. ¶ Ratione † iuriſdictionis offi
cia etiam præbent nomina perſonis, vt fidem faciunt tituli, *libr.
1. Decr. tit. 21. 24. 25. 28. 29. 30. 31. 32. cũ ſimil. in 6. & cle. de offi. arch.
de offi. archipresbyter. de off. delegat. de off. iud.* Et in lib. 1. Cod. Iu-
ſtinianei, a titulo 29. vſque ad titul. 48. & libr. 1. PP. a tit. 10. vſ-
que ad librum ſecundum. In quibus officium accipitur pro iu-
riſdictionis legitimæ exercitio, vt notat And. Barba. *in rub. de off.
& poteſt. iudi. deleg.*
3 ¶ Officialis † vel *propontifex* in iuriſdictione officium ponti-
ficis exercet, *c. 2. de offic. vicar. libr. 1. 6. tit. 13.* cuius duæ ſunt ſpe-
cies: alio dicto principali, alio foraneo, *clemen. 2. de reſcript. libr.
1. clem. titul. 2. c. Romana, de offic. ordin libr. 6.* Ille generalis offi-
cialis eſt, & ordinarius iudex, faciens vnũ & idem tribunal cum
epiſcopo: hic autem foraneus in certa regione diœceſeos con-
ſtitutus & ad certas cauſſas, & potius iudex delegatus, *Innoc. &
Hoſtienſ. in ca. Romana, de off. ordin. Ioan. Andr. in gloſſ. cle. 2. in
verb foraneo, de reſcript. Iaſon. in rubr. de off. eius, cui mandat. eſt
iuriſdict.* non ſecus quam decanus ruralis, *ca. adhoc, in fin. de off.
archid. apud Gregor.* Sunt & alii officiales, *gloſſ. in clem. & in ver.
epiſcopi. de reſcript.* eccleſiaſtici, vt is quem dat archidiaconus, vel
alius inferior epiſcopo, & is quem conſtituit capitulum ſede va-
cante penes quem iuriſdictio epiſcopalis tunc reſidet, *ca. vni. de
de maio. & obed. in 6.*
¶ Accedit † proxime officiali, vicarius epiſcopi, qui maioris 4
eſt poteſtatis officiali. Nam quicquid poteſt officialis, poteſt vi-
carius: ſed non contra nec eadem poteſt officialis, quæ vicarius
epiſcopi. Quia officialis non habet poteſtatem circa actus ſpiri-
tuales extraiudiciales, quæ tamen ad vicarium in ſpiritualibus
pertinet, vt poſſit punire & corrigere. Si tamen vicarius vnus
tantum ſit epiſcopi ſine officiali, is omnem ſibi conceſſam cen-
ſetur habere poteſtatem, vt notat Federicus de Senis, *conſi. 302.
incip. reuerende pater.* ſed hoc ſi expreſſe commiſſa ſint, quæ offi-
ciales etiam ſunt, non autem ſi generaliter poteſtas iuriſdictio-
nis concedatur, ex conſtitutione Bonifacii 8. *cap. 2. & 3. de offic.
vicar. in 6.* Facit etiam & determinatio loci facta in vicariatu, vt
extra illum locum cenſeatur ademta poteſtas, vt ſcribit Inno-
centius 3.
¶ Sunt † & inquiſitores hæreticæ prauitatis, vicarii & officia- 5
rii ſummi pontificis, qui iudices a ſede apoſtolica creati ſunt, ad
peſtem eluendam hæreſium, *ca. ſua nobis, de offic. vicar. apud
Gregorium.* Quamobrem nec de aliis cauſſis cognoſcunt offi-
cio conceſſo, quam de his quæ hæreſin redolent: non de diui-
nationibus, non de vſuris, ſecundum reſcriptum Alexandri 4.
ſummi pontificis, *can. accuſatus, cap. 8. §. ſane, & §. de quæſtioni-
bus, de hæretic. lib. 5. Sex. Decretal. tit. 2.* Perpetuum hoc officium
inquiſitionis, nec morte ſummi pontificis concedentis exſtin-
guendum, quod regulis & cancellis concluſum fuit propriis a
Clemente *4, ca. ne aliqui, cap. 10. & c. vt officium, cap. 11. §. 1. & 2.
eod. tit.* & Bonifacio 8. *c. vt commiſſi, c. 12. eod.*

## De Officiariis quibuſdam ſedis apoſtolicæ, Vicecancellario, Camerario, Secretariis, Protonotariis, & aliis. Cap. 42.

1 *Vicecancellarii Romæ dignitas, & auctoritas, munus, & cur non
dicatur cancellarius.*
2 *Bibliothecarius num idem fuerit ac vicecancellarius.*
3 *Abbreuiatores maioris & minoris parci, qui in aula Romana,
& munus.*
*Scriptores aulæ Romanæ qui, eod.*
*Reſcribendarii in aula Romana qui, eod.*
4 *Solicitatores apoſtolici qui.*
*Scriptores Archiuii, cubicularii, ſcutiferi aulæ Romanæ, eod.*
*Plumbatores, eod.*
5 *Expeditores contradictarum in aula Romana, qui.*
6 *Camerarii Romæ dignitas & poteſtas.*
7 *Auditor cameræ apoſtolicæ.*
8 *Camera apoſtolica & eius officiarii.*
9 *Secretariorum apoſtolicorum collegium a quo introductum.*
10 *Breuia apoſtolica quæ & quare ita dicta.*
11 *Summiſtæ apoſtolici qui & eorum munus.*
12 *Prothonotarii qui, & origo, & munus, & priuilegia.*
*Notarii regionarii eod.*
13 *Auditores Rotæ qui, & quot numero, & munus.*
14 *Auditores Rotæ primi & ſecundi gradus.*
15 *Rotæ auditorium quare dicatur.*
16 *Pœnitentiarius Papa, & pœnitentiarius Papæ quis, & munus.*
17 *Auditorium rerum gratiæ & rerum iuſtitiæ.*
*Signaturæ gratiæ & iuſtitiæ, vnde habent nomen, eod.*
18 *Referendarii gratiæ & iuſtitiæ qui dicti.*
19 *Clericus ſacri ſenatus quis, & munus.*

ESt † Romæ vicecancellarius cardinalis, qui primum locum 1
dignitate, auctoritate, & vtilitate hodie Romæ poſt ſummũ
pontificem tenet: cancellariæ apoſtolicæ, & iuſtitiæ præpoſitus,
*Cardinal. in cle. 2. de elect. 4. quæſt. antiq. gloſſat. in procem. ad regul.
cancell.* Is ratione proprii officii, literarum expeditioni de rebus

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

eccleſiaſticis vniuerſi orbis, & earum expeditoribus præeſt. No-
minatus vice cancellarius: non cancellarius quod cancellarius
dicatur Dei Papa ipſe ſolus, *vide Gomeſium in proœm. ad regul.*
*cancel.* cuius ac Dei vnum & idem dicitur eſſe conſiſtorium, *Ho-*
*ſtienſ. in ca. quanto, de tranſlat. epiſc. Guil. Bened. in repet. ca. Ray-*
2 *nutius, in verb. & vxorem nomine, num. 205. de teſtam.* ❡ Olim
bibliothecarium † dictum fuiſſe tradunt vicecancellarium, *can.*
*Hadrianus, in 1. iuncta glo. 63. diſtinct. gloſſ. antiqua in proœm. reg.*
*cancell. & d. Gomeſ in d. proœ.* Negat tamen Gomeſius, qui alium
fuiſſe bibliothecarium & *ſeruiarium* a vicecancellario conten-
dit: vt & adhuc alius in palatio apoſtolico. Quod autē quidam
ſcribunt vicecācellarium, potius nominatū quam cancellarium,
quod aliquando vicecācellarius de dignitate cum ſummo pon-
tifice contenderit, & de æqualitate honoris, *vt Guil. Bened. in d.*
*ca. & ad d. verba deciſ. 2. num. 203. Zabarel. in clemen. ne Romani,*
*de elect.* totum commentitium eſt, *Gomeſ. in d. proœm. dum agit*
3 *de diminutione dignitatis epiſcoporum.* ❡ Sub † vicecancellario in
cancellaria plures perſonæ 1. Abbreuiatores maioris parci, quo-
rum munus eſt, ex ſupplicis libello ſignato, diplomata ſeu lite-
ras ſignare, quarum dictaturam, minutam vocant. 2. ſcriptores,
qui dictaturam in forma literarum conſcribunt, 3. reſcribenda-
rii, qui taxant ſcriptorum mercedem, 4. abbreuiatores minoris
parci, qui ſollicitatoribus expeditionum remittere ſolēt aliquid
eius quod taxatum eſt: & receptis pecuniis taxationis, remittunt
diploma ad abbreuiatores maioris parci.
4 ❡ Sunt † ſollicitatores apoſtolici, qui *Iannizerii* dicuntur, ſcri-
ptores archiuii, cubicularii, ſcutiferi, ripari, qui ex taxatione di-
plomatum partem aliquam accipiunt. Plumbatores, notarii ſeu
*regiſtratores*, de quibus & eorū officio Octauianus Veſtrius, libr.
1. Introductionis in Romanę aulæ actionem, & iudiciorum mo-
5 res. c. 3. ❡ Et † idem cap. 4. meminit de officio expeditorum
contradictarum, qui expediunt in cancellaria proprio officio di-
plomata, quæ concernunt iuſtitiam, *vide etiam de hoc officio au-*
*ditoris contradictar glo. Gofredum & Hoſti. in cle. auditor, de reſcr.*
6 ❡ Poſt † vicecancellarium, qui ſecundus a ſummo pontif. ca-
merario Romæ locus fuit, qui regimen vrbis habet & curam, pa-
trimonio fiſcoque ſumm. pont. præeſt, *c. ad audientiam, de præ-*
*ſcript. clem. ne Romani, de elect. & ibi glo. plura, & Card. Zabarel.*
*& Bonifac. Vitellinus, Gomeſ. in d. proœm. regu. cancell.* diſtribuit-
que eccleſiæ reditus pauperibus: vnde nec morte pontificis e-
ius officium exſpirat. Putant & camerarium hodie locum ſibi
vindicare procuratoris Cæſaris, *Capit. deciſ. 97. Ioan. 1. Bolog. in*
*rubr. de offic. eius cui manda. eſt iuriſd. num. 17.* Alii quia is came-
ræ Apoſtolicæ caput eſt, fiſcoque præeſt, præfecto prætorio æ-
quiparant, *argumen. §. eos autem, de collato. & l. vlt. de exact. tribu.*
*lib. 10. C.*
7 ❡ Multa † de auditore cameræ, & iuriſdictione eius Octauia-
nus Veſtrius, quem conſulito, *lib. 2. Introduction. ca. 1. 2. 4. Ægi-*
*dius deciſio. 96. 305. 508.* Eſt & qui præſidet cameræ apoſtolicæ,
is qui rationibus vniuerſi ærarii præeſt: & rationes aliorum, qui
prouentus eccleſiæ in vrbe, vel alibi adminiſtrarunt, recipit, &
videt, & adiutorio cameræ recenſet, Octauianus Veſt. d. libr. 2.
introd. *c. 6.*
8 ❡ Sunt † & officiarii in camera apoſtolica, quæ eſt alia a can-
cellaria, & quæ alia tractat, quæ non conceduntur cancellariæ:
ſiquidem ibi fiūt expeditiones, per expreſſum iuſſum ſum. pon-
tif. & ſigno crucis per eum appoſito, *vide Octauia. Veſtr. d. 1. lib.*
*Introd. c. 6.* Camera apoſtolica dicta, quod eſſet audientia pon-
tificis domeſtica, in qua ſum. pont. tractabat ipſemet negotia.
9 ❡ Introduxit † & Innocētius 6. collegium 32. ſecretariorum,
*Idem eod. lib. c.* 7. apoſtolicorum, qui ante eum erant ſecretarii
Papæ domeſtici, & per hos in ſecretaria, vt dicunt, fiūt extra can-
cellariam & cameram expeditiones de rebus fidem ac rempub.
concernentibus tantum, aut reges, principes, reſpublicas, ciuita-
tes, cardinales abſentes, epiſcopos.
10 ❡ De rebus † gratiæ, iuſtitiæ, & ex his mixtis olim quidem
plumbeis imaginibus ſigillatæ, nunc autē annulo piſcatoris, vel
ſub ſigillo breuiori, vnde & breuia dicuntur apoſtolica.
11 ❡ In iſto † collegio ſecretariorum, ſunt & ſummiſtæ, quorum
munus eſt, quædam quæ alibi conceduntur, & quæ debent a ſe-
cretariis, non a notariis cameræ vel cancellariæ regiſtrari, diſcer-
nere, & diſcreta ſecretariis remittere. Ea ſunt literæ facultatum,
indultorum, confirmationum, diſpenſationum, abſolutionum,
conſeruatoriæ, indulgētiæ, exemtionis, donationis, infeudatio-
nis, legationis, regiminis, gratiarum ad vacatura beneficia, non
tamen ad vacantia. ❡ Sunt † in curia Romana quoque protho- 12
notarii, quorum origō & ſucceſſus hic eſt, *ex Gomeſio, in proœm.*
*regu. cancell. q. 1.* Principio Clemens 1. ſum. pontif. ſeptem crea-
uit notarios, ad deſcribendas diligenter martyrum res geſtas:
*Damaſus & Platina, in Clemente*, quibus ſeptem vrbis Romæ re-
giones, parœchiæ dictæ, diſtributæ: & regionarii ideo notarii
dicti. Statuit autem Antherus 1. martyrum geſta conſcripta ſcri-
niis eccleſiæ ſeruari, ideo & illi forſan ſcriniarii dicti, *gloſſ. in c. ad*
*audientiam. de præſcript.* Ceſſantibus deinde martyriis pace con-
ceſſa eccleſiæ ſub Conſtantino Magno nihil forſan quod ſcribe-
rent habentes notarii illi, idem ex mandato Iulii 1. ſum. pontif.
quæ ad eccleſiam pertinebant ſcribere cœperunt, *Damaſ. in vi-*
*ta Iulii.* apoſtolicas quoque literas. Deinceps creſcentibus opi-
bus & honore, ad differentiam aliorum vrbicorū notariorum,
dicti protonotarii, id eſt, primi notarii, *Ioan. de Platea, in l. 2. de*
*primicer. lib. 12. C.* Sicut & inter eoſdē notarios olim antiquior,
ſeu *decanus protoſcrinarius vel primicerius* appellabatur: cui &
inter ceteros facultas, & prærogatiua datandi erat conceſſa. Po-
lydorus Virgilius *lib. 4. de Inuentor. rer. ca.* 11. ſcribit, tempeſtate
noſtra excuſſo ſcribendi onere, in ordinem hoc munus abiiſſe
haud indecorum, etſi venalis ſit: & hodie eſſe protonotarios
apoſtolicos, num. 7. qui in id collegium cooptentur. Præterea
extraordinarios ſine numero a ſum. pontif. gratuito creatos, qui
eius dignitatis priuilegiis perinde gaudent, atque alii, commo-
dum aliud tamen non conſequuntur. Omnes equitando pileo
vti nigro tradit, vt internoſcantur a cardinalibus, cum vtrique o-
mnes linteam togam induant.
❡ Auditores † Rotæ antiquitus ſine numero deputati, ad au- 13
diendum & referendum tantum, *Spec. tit. de leg. §. iam nunc di-*
*cendum, verſ. item non obſtat.* ſedi apoſtolicæ: ſed creſcentibus ſe-
dis negotiis data & illis definiendi poteſtas, *Specula. tit. de audito-*
*re.* ❡ Auditorum † dehinc definitus numerus ad 12. 13. & 14. 14
Duplicis generis, primi & ſecundi gradus: primi gradus, in pri-
ma lite vel inſtantia: ſecundi, appellationum iudices. Qui exa-
minantur hodie a vicecancellario, habentque pro inſignib. cap-
pam, vt dicunt, rochetum & birretum. De quibus vide Gome-
ſium *in proœm. reg. cancell. q.* 1. Principio ſummus pontifex cauſ-
ſas, quæ ad illum ex vniuerſo orbe deuoluebantur iudicandæ, ſi
non eſſent conſiſtoriales, quæ ſacri Palatii dicuntur, per ſeipſum
audiebat ſeorſum a ſenatu, in capella ſua, adhibebatq; iuris pe-
ritiſſimos ſecum in audientia earū, vnde & pontificis capellani,
qui auditores nunc: deinceps paulatim ab hoc onere ſe ſubtra-
hentes ſum. pontif. audientiam delegabant, & nunc commit-
tunt poſtea & deciſionem.
❡ Rotæ † auditores dicti, quod ii in orbem ſedentes, contro- 15
uerſias accurate rotant & examinant, vt pro oraculis habeantur
illorum iudicia, *Vide Octa. Veſtrium, lib. 2. Introd. in Roma. aula*
*actio. c. 17. & Gome. in proœm. reg. cancell. qu.* 2. etſi in præſentia
Papæ ii auditores, vel alibi in eius præſentia non habeant ius ſta-
tuendi, nec plenam ordinariam poteſtatem, *gloſſ. antiqua, in reg.*
*cancell.* 27. *per glo. in clem. auditor. de reſcript.*
❡ Pœnitentiarius † ſummus eſt ipſe quidem Papa, qui vt D. 16
Petrus abſoluendi & ligandi pœnitentes, *Matth. 16.* poteſta-
tem accepit: verum ſolet is munus id hodie vni cardinalium de-
legare, quem ſummum pœnitentiarium vocamus, vel maiorem
pœnitentiarium, qui poſt vicecancellarium & camerarium ho-
nore dignior eſt. Et hic quoque habet alios vicarios, quos pœni-
tentiarios vocant in eccleſiis D. Petri in Vaticano, D. Ioan. in. La-
terano, Diuæ Mariæ maioris. Hoc pœnitentiariæ officium pro
commodiore expeditione confluentiū, habet 24. patronos ſup-
plicum, quos eiuſdem *ſacræ pœnitentiariæ procuratores* vocant,
qui cauſſas dictant, & orant apud ſummum pœnitentiarium, &
poſtulata concedi & diplomata expediri curant. De quibus, &
quę ſoleant ab illis concedi, vide Octauianum Veſtrium, libr. 1.
Introduct. c. 2. & Gomeſium, in prolog. regula. cancellariæ, q. 1.
& proprio tractatu, de poteſtate & ſtylo officii ſacræ pœnitentia-
riæ, Cardinal. & alios in clem. ne Romani, de electio. vbi de hoc
munere, & eius origine.
❡ Hoc † officium etiam non exſtinguitur morte ſum. pontif. 17
Summus item pontifex pro cōmodiori ſupplicum expeditio-
ne, duo conſtituit auditoria: in quorum vno, ea quæ gratiam, in
altero, quæ iuſtitiam concernunt, poſtulantur. Inde ſignaturæ
gratiæ, hinc ſignaturæ iuſtitiæ prodeunt. Habent *ſignatorem*
quodlibet auditorium, ei negotio præpoſitum, dum ſummus
pontifex non poteſt per ſe ſignare, aliis occupatus. ❡ In † vtroq; 18
ſunt

ſunt, omnes quotquot ſunt iuriſperiti cardinales, vel alii prælati
iuriſperiti, qui referendarii dicti ſunt gratiæ, vel iuſtitiæ: quorum
& cuiuſque munus eſt, ſupplicum poſtulata videre. Et ſi
ſint de his quæ ſolent poſtulantib. concedi, in capite ſupplicationis
nomen ſuum apponere, quo ſolent ſum. pontif. vel cardinali
ſignatori, rem eſſe concedendam ſignificare. Si autem dubia
poſtulata ſint, cum aliis conferre. Vide hac de re dict. Octauia.
d. lib. 1. cap. 3. & Gomeſ. in tracta. de vtraque ſignatura, poſt
reg. cancellariæ, de non iudicando iuxta formam ſupplicationis.
¶ Eſt † & clericus ſacri ſenatus, qui in camera apoſtolica, iura, & 19
prouentus cardinalib. deſignat & alia ſi quę tractantur ipſos cardinales
tangętia tuetur & defendit, *Octauia. d. lib 2. Introductio c. 11.*
Sunt aliæ perſonæ, quæ iuriſdictioni eccleſiaſticæ ſubſeruiunt,
quarũ munus, quia commune eſt cum aliis perſonis fori ſecularis,
ad perſonas, quas circa iudicia conſiderabimus Deo fauente,
reiiciemus: vt aduocatorum, procuratorum, & ſimilium.

# DE PERSONIS SACRIS ORDINIBVS INITIATIS, ET DE EARVM SACERDOTIIS LIBER XVI.

## De Ordinatis in genere, & de clericis. Cap. I.

1 *Chriſtiani laici clerici, & in tertio genere religioſi, eccleſiaſticæ perſonæ conuerſi, canonici, &c.*
2 *Laici qui, & vnde dicti.*
3 *Eccleſiaſticarum perſonarum diuerſa appellatio ab ordine, gradu, & miniſterio.*
4 *Ordines ſacri, gradus ſunt ad ſacerdotium, & epiſcopatum.*
*Honores per gradus deferendi, eod.*
5 *Clerici omnium ordinum perſonæ dici poſſunt.*
*Clericus, & cleros quid.*
6 *Clericorum primus gradus, proprie clericorum dicitur, ſimpliciter a prima tonſura.*
7 *Tonſura prima quid.*
8 *Tonſura prima ſeu corona, ianua omnium ordinum, & beneficiorum.*
*Tonſuram probare per literas oportet, alioquin quis eſt incapax beneficiorum, eod.*
9 *Tonſura prima inter ordines num numeretur: Theologorum negantium, & iuris Pontificii interpretum aſſerentium pugna.*
*De pontificatu, num ſit ordo eorundem pugna, eod.*
*Ordines ſacri, num 7. vel 9. eod.*
10 *Milites addicti, & tyrones.*
11 *Corona primæ quare exigua & parua.*
12 *Sacerdotium regale munus eſt.*
13 *Tonſio capillorum ſymbolum eiurationis rerum ſecularium.*
14 *Tondebant ſe qui ſe ſanctificabant.*
15 *Radere caput quando, & quare ſacerdotibus olim prohibitum.*
16 *Raſio capitis & corporis ſacerdotibus ethnicorum communis.*
17 *Veſtalibus capillus tondebatur.*
*Capillum vouebant virgines, eod.*
18 *Raſio ſacerdotum Chriſtianorum prædicta per Eſaiam.*
19 *Detonſionis cauſſa.*
20 *Detonſio capilli luctus tempore. Item & ſubmiſſio quare.*
*Vxores vbi perpetuo maritos lugent, eod.*
21 *Tonſio capillorum pro pœna.*
22 *Tonderi apud Gallos populare erat, non principum, aut nobilium.*
23 *Tonderi, ſignum olim ſeruitutis.*
24 *Tondebantur qua ætate Græci iuuenes.*
25 *Comæ flaminibus cur ſacratæ.*
*Comas, virgines maritum ducentes deabus ſacrabant, eod.*
26 *Adoptio per inciſionem capilli.*
27 *Tonſio capillorum ad munditiem.*
28 *Tonſura monachorum quid ſignificat.*
29 *Tonſio monachalis liberabat a mortis periculo.*
30 *Baptizatis infantibus comas detondent Moſcouitæ.*
31 *Tonſura prima quomodo ordo eſſe dicatur.*
32 *Clerici ne comam, vel barbam nutriant.*
33 *Clerici primæ tonſuræ ſine gradu, aliorum ordinum maiorum reſpectu.*
*Clericatus priuilegium quibus amittatur, & 34.*
34 *Clericatus priuilegia quædam.*
*Clericus coram eccleſiaſtico iudice conueniendus, & quando coram ſeculari, eod.*
35 *Clericum offendens excommunicatus.*
36 *Ceſſum facere percuſſo clerico quid.*
37 *Epiſcopatus quomodo ordo, & non ordo dicatur.*
38 *Clericorum omnium bene viuendi quædam leges.*

DVo † ſunt genera Chriſtianorum, quorum alii lai- 1
ci, alii clerici ſunt *ca. duo ſunt, 12. quæſt.* 1. quibus
tertium genus addendum, eccleſiaſticarum perſo-
narum, eorum qui nec laici nec clerici dicuntur,
ſed vel religioſi, vel conuerſi, vel canonici vel mo-
niales, aut iis ſimiles, qui nominibus eccleſiaſticis & a clericis
ſeparantur, *ca. non dubium, ca. de monialibus, de ſenten. excommun.
lib. 5. Decretal. titul. 39.* Reiiciunt & interpretes ad hũc tertium
ordinem, reges & imperatores inunctos ſeu conſecratos: ete-
nim vngi plerumque ſolent, *ca. vni. §. vnde in veteri, de ſacra vn-
ctio. apud Gregorium.* Latius ſic patet eccleſiaſticorum, quam
clericorum appellatio. ¶ Laici † dicti videntur a λαὸς, plebs, tur- 2
ba populi, λαὸς, a λᾶας, vel λᾶος, lapis: ferunt enim vel fingunt, ex
iactu lapidum Pyrrhæ vxoris Deucalionis, durum hoc vulgus
procreatum, *Vide Ouid. libr.* 1. *Metamorph. Fab.* 8. quia populus
inordinatum quippiam eſt, & bellua multorum capitum.

¶ Sortiuntur † autem varias appellationes eccleſiaſticæ per- 3
ſonæ, ratione ordinis vel gradus, quem obtinent in eccleſia, vel
ob eius miniſterium. ¶ Fuerunt † quippe gradus in eccleſiaſtica 4
diſciplina prudenter diſtincti, per quos quis ſe exerceret, ante-
quam ad faſtigium & dignitatem ſacerdotii perueniret, *ca. ſi of-
ficia, cum tribus ſequentibus 59. diſtin.* vel ad epiſcopatus apicem:
ne inuerſo ordine prius fieret quis dux, quam miles: prius miles
emeritus, quam tyro, aut antequam ſtipendia meruerit: ne ci-
tius magiſter quam diſcipulus, *ca. cum in magiſtrum, cap. 49. de
electio. l. 1. Decret. titul. 6. ca. miſerum, 61. diſtinct. can. ſi clericatus,
16. quæſt. 1.* Et vtroque iure receptum eſt, honores non promi-
ſcue, vel ſine delectu perſonarum, ſed gradatim deferendos, *ca.
legimus, in fin. 93. diſtinct. l. vt gradatim, de muneribus & honorib.
in P.* Scripſitque Beatus Gregorius Syagrio, *ca. honor. ſi. 48. diſtin.*
epiſcopo, ordinate ad ordines aſcendendum: quod caſum ap-
petat, qui ad ſummi loci faſtigia poſtpoſitis gradibus, per ab-
rupta quærit aſcenſum, nec nuperrime ædificati parietes tigno-
rum pondus patiuntur, priuſquam a nouitatis ſuæ humore ſic-
centur.

¶ Generalis † porro ordinum concluſio, appellatione cleri- 5
corum intelligitur: nam hoc ordine, omnium ordinum eccle-
ſiaſticorum perſonæ, late ſumta ſignificatione, veniunt, *vt in ca.
de monialibus, de ſenten. excommun. ca. non dubium, eod. tit. ca. cum
tibi, de benignitate.* prout differunt a populo, qui laici nomine di-
citur. Vt tot ſint clericorum ſpecies, quot ſunt ordines, *de verb.
ſignific. in canonibus apoſto. cap. 22. 23. 30. in Laodicenſi ſynod. c. 24.*
κλῆρος autem dicitur *ſors*, vel pars ſortita, vel contingens alicui:
vnde & *hereditas* κλῆρος, apud Iſæum oratorem, *can. cleros 21. diſt.
l. in orationibus ſ ſatis in ſcriptis,* ὑπὲρ τοῦ κλεωνύμου κλήρου & ὑπὲρ τοῦ πύῤῥου
κλήρου & Demoſthenes *oratione* περὶ ἁγνίου κλήρου, aliis κληρονομία.
Ceterum receptum inter Chriſtianos, vt κλῆρος, vel clerus pe-
culiari nomine dicatur *collegium*, vel allectio eorum, qui mini-
ſterio ſacrorum dant operam: ſicuti & lex duodecim tribubus
Iſraelis, vna Leui vocatur, cui Deus pars & hereditas, *Numer. ca.
18. verſ. 20. & Deuteron. 18. verſi. 2.* Vnde & κληρικὸς adiectiuum,
qui ex clero eſt, vel ad clerum pertinens apud pontifices, *ca. cle-
ros 21. diſtinct. can. cum ſecundum, de præbend. apud Gregorium.* &
Tertullian. *libr. de monogam.* Et proinde qui hodie alleguntur
in clericorum ordinem, palam ſacrum profeſſionis huius veſti-